Floretus. Floretus Sancti Bernardi, in se continens sacre theologie et canonum flores, ad gaudia paradysi finaliter eos qui se illis exercitaverint perducentes. Coloniae 1501. *Inl. op Glandorp.* II. p. 29.

Frischlinus. Operum poeticorum Nicodemi Frischlini poetae, oratoris et philosophi pars scenica: in qua sunt Comoediae sex. Excudebat Bernh. Iobin (Argentorati) Anno M.D LXXXIX. 8°. *Inl. op Erasmus.* n. 14.

Franck. Sieh oben S. XXXII. n. 1.

Galterus. Alexandreidos Galteri poetae clarissimi Libri Decem. M.D.XXXXI. [*in fine:*] Ingolstadii excudebat in officina sua Alexander Weissenhorn. Anno Domini M.D.XLI. Pridie Nonas Aprilis. Eine neue Ausgabe besorgte Dr. F. A. W. Müldener. Lipsiae 1863. 16.

Garnerius. Thesaurus Adagiorum Gallico-Latinorum redditorum in usum utriusque linguae studiosorum, ex variis cum recentioribus, tum antiquioribus authoribus collectorum tempori et alphabeto accommodatorum, per Philippum Garnerium Aurelianum Gallum, Linguae Francicae in ceberrima Giessensium Academia Professorem ordinarium. Francofurti Anno M.DC.XII. 12°.

Gartner. Proverbialia Dicteria, ethicam et moralem doctrinam complectentia, Versibus veteribus Rhytmicis, ab antiquitate mutuatis, una cum Germanica interpretatione, conscripta, et studiose collecta. [*in fine:*] Francofurti, apud Haeredes Christiani Egenolphi. M.D.LXXII. 12°. *Verhand. over de Prov. Comm.* p. 105. *Inl. op Erasmus.* n. 59.

Gatti. Sales poetici proverbiales et jocosi, Ad condimentum honestae conversationis, recreationem, et eruditionem simul studiosae Iuventutis collecti, a Iosepho Gatti Florentino. Viennae Austriae 1703. 8°. *Inl. op Glandorp.* I. n. 17.

Glandorp. Ioannis Glandorpii Monasteriensis Disticha ad bonos mores paraenetica. Quae tantum non omnia ex Germanicis Agricolae Proverbiis conversa esse ostendit editor. Libri duo. Lugd. Batav. 1874—1876.

Goedthals. Les Proverbes anciens, Flamengs et François, correspondants de sentence les uns aux autres, colligés et ordonnés par M. François Goedthals. A Anvers, de l'imprimerie de Christofle Plantin. M.D.LXVIII. 12°. *Verhandel. over de Prov. Comm.* p. 109. *Inleid. op Erasmus.* n. 56.

Gruterus. Florilegium Ethico-Politicum, nunquam antehac editum: procurante Jano Grutero. Accedunt Gnomae Paroemiaeque Graecorum. Item Proverbia Germanica, Belgica, Italica, Gallica, Hispanica, Pars I. II et III. Francofurti 1610. 1611. et 1612. 8°. *Inl. op Erasmus*. n. 76.

Hildegaersberch. Gedichten van Willem Van Hildegaersberch, uitgegeven door W. Bisschop en E. Verwijs. 's Gravenhage 1870. 8°. *Inleid. op Erasmus*. n. 6.

Huygens. Spaensche Wysheit, Vertaelde Spreeckwoorden (uitmakende het XVIIIe boek van de Koren-bloemen) van Constantin Huygens, in de 's Gravenhaagsche uitgaaf van 1658. 4°. p. 1121—1268. *Inleiding op Erasm*. n. 82.

Husemann. Anton Husemann's Spruchsammlung aus dem Jahre 1575, herausgeg. von F. Weinkauff in: Monatschrift fur Rheinisch-Westfälische Geschicht Forschung u. Alterthumskunde Bonn. 1875. p. 465 et 576 sqq.

Keisersberg. Margarita Facetiarum, Alfonsi Aragonum Regis Vafredicta, Prouerbia Sigismundi et Friderici tertii Ro. Imperatorum. Scomata Ioannis Keisersberg concionatoris Argentinensis cet. (*in fine*:) Impressum per honestum Iohannem grüninger Anno nostrae redemptionis octavo supra Mille quingentos. Argentin. 4°.

Kirchhofer. Wahrheit und Dichtung. Sammlung Schweizerischer Sprüchwörter. Ein Buch für die Weisen und das Volk. Von Melch. Kirchhofer, Pfarrer zu Stein am Rhein. Zürich 1824. 12°.

Klosterspiegel. Klosterspiegel in Sprichwörtern, Anekdoten und Kanzelstücken. Bern 1841. 8°.

Lehmann. Florilegium politicum. Politischer Blumengarten. Darinn auszerlesene Politische Sententz, Lehren, Reguln, und Sprüchwörter ausz Theologis, Iurisconsultis, Politicis, Historicis, Philosophis, Poëten, und eygener erfahrung. Durch Christoph. Lehmann. Getruckt impensis autoris Anno 1630. 8°. Ein Auszug gab Hoffmann v. F. in: Spenden zur deutschen Litteraturgeschichte (Leipzig 1844) 1es Bändchen S. 37—82.

Lindeberg. Petri Lindebergii Rostochiensis Distichorum Moralium Centuria Prima et Centuria Altera. [in: Delitiae Poetarum Germanorum huius superiorisque aevi illustrium. Francof. 1612. 12°. P. III. p. 1210—1227.] *Inleid. op Glandorp*. 1. n. 12.

Locherus. Stultifera Navis. Narragonice profectionis nunquam satis laudata Navis per Sebastianum Brant, vernaculo vulgarique sermone et rhythmo — nuper fabricata. Atque iam pridem per Iacobum Locher cognomento Philomusum, Suevum, in latinum traducta eloquium et per Sebastianum Brant denuo seduloque revisa. [*in fine*:] In laudatissima urbe Parisiensi, nuper opera et promotione Gaufridi de marnef. Anno salutis nostre MCCCCXCVIII. die VIII. Martii.

Loci Communes proverbiales de Moribus, Carminibus antiquis conscripti: Cum interpretatione Germanica, nunc primum selecti et editi. Basileae, ex officina Oporiniana, 1572. 8°. *Verhandel. over de Proverbia Comm*. p. 104. *Inleid. op Erasmus*. n. 60.

Luthers Sprichwörter aus seinen Schriften gesammelt und in Druck gegeben von J. A. Heuseler. Leipzig 1824. 8°.

Mancinellus. Antonii Mancinelli, Veliterni, Disticha praeclara paraenetica ad Festum filium. [in: Carmina illustrium poetarun Italorum. Florentiae 1720. T. VI. p. 158—163.] *Inleid. op Glandorp.* 1. n. 5.

Mantuanus. Baptiste Mantuani Bucolica seu Adolescentia in decem aeglogas diuisa: a Iodoco Badio Ascensio familiariter exposita. Anno Domini M.D.XVII. *Inleid. op Glandorp.* I. n. 4.

Monosticha Proverbialia. Eine Sammlung von 241 lateinischen Versus proverbiales, aus das von Wackernagel publicirte Liber Sententiolarum und anderen HSS. in alphabetischer Reihe. In: Denkmäler deutscher Poesie und Prosa aus dem VIII—XII Jhrh. herausgegeben von K. Müllenhoff und W. Scherer. Berlin 1864. p. 43. *Inl. op Erasmus* n. 9.

Neander. Versus veteres proverbiales Leonini, — hinc inde multorum annorum observatione atque notatione collecti atque descripti. Dies ist das dritte Theil (p. 247—320) von der Ethice vetus et sapiens veterum Latinorum sapientum — descripta et selecta ex observationibus, lectionibus et notationibus variis Michaelis Neandri Soraviensis. Lipsiae 1590. 8o. *Inleid. op Erasmus* n. 61. *Inl. op Glandorp.* I. n. 11. Am Ende (p. 321—351) steht:
Veterum sapientum Germanorum sapientia, sive Sententiae Proverbiales de omnibus, quae in communi hominum vita fere solent accidere *cet.* Diese Schrift enthält, was aus dem Titel nicht zu vermuthen war, deutsche Sprichwörter, etwas mehr als 600, in alphabetischer Reihenfolge geordnet. Vor etlichen Jahren ist dies selten vorkommende Büchlein mit diplomatischer Genauigkeit wiederholt unter dem Titel: Michael Neanders deutsche Sprichwörter. Herausgegeben und mit einem kritischen Nachwort begleitet von Friedrich Latendorf. Schwerin 1864. 12°. *Inl. op Erasmus* n. 62.

Owenus. Ioan. Oweni, Cambro Britanni Oxoniensis, Epigrammatum Libri. Amsterod. 1647. 12°. *Inleid. op Erasmus* n. 13. *Inl. op Glandorp.* I. n. 2. Dass die in Owen's Sammlung befindlichen Disticha Ethica et Politica p. 108—119 dem Mich. Verinus entnommen sind, ist von mir angezeigt worden in: Bibliographische Adversaria ('s Gravenh. 1876). III. p. 49—59.

Palingenius. Marcelli Palingenii, Stellati poetae, Zodiacus vitae, id est, de hominis vita, studio, ac moribus optime instituendis Libri XII. Rotterodami 1722. 8o. (Eine neue Ausgabe besorgte C. H. Weise bei Tauchnitz in 1832 und 1870). *Inl. op Erasmus* n. 12. *Inl. op Glandorp.* I. n. 8.

Peder Lolles. Sieh oben S. XXVII. n. 2.

Polyanthea. Polyanthea, hoc est, Florilegium seu Opusculum continens suavissimos sententiarum flores, celeberrimorum authorum dicta, facta curiosa, intermixtim iocosa — ab Authore Collectore congestum. Coloniae 1735. 8o. *Inleid. op Glandorp.* I. n. 19.

Proverbia Communia. Sieh oben S. XXVIII. n. 1.

Proverbia Gallicana secundum ordinem alphabeti reposita, et ab Ioanne Aegidio Nuceriensi latinis versiculis traducta. [*in fine:*] Ex officina Iodoci

Badii Ascensii ad xv Calendas Martias sub Pascha M.D.XIX. 8o. *Inleid. op Erasmus* n. 34. *Inl. op Glandorp.* I. n. 7.

Proverbia Rusticorum mirabiliter versificata. [Gallice et Latine] Ex Cod. ms. Voss. Lat. 31. F. edidit J. Zacher in: Zeitschrift für deutsches Alterthum von M. Haupt. XI. Bd. (Berlin 1856) p. 114—144. *Verhand. over de Prov. Comm.* p. 38. *Inleid. op Erasmus* n. 17.

Reinaert de Vos. Episch fabeldicht van de twaelfde en dertiende eeuw, met aanmerkingen en ophelderingen van J. F. Willems. 2e dr. Gent 1850. 8o. *Inleid. op Erasmus* n. 3.

Reinardus Vulpes. Carmen epicum seculis IX et XII conscriptum. Ad fidem Codd. MSS. edidit F. J. Mone. Editio princeps. Stuttgardiae et Tubingae 1832. 8°. Aus den in diesem Gedichte befindlichen Sprichwörtern ist in der ersten Hälfte des XIIIen Jahrh. eine Sammlung gemacht und unter dem Namen Proverbia Ysengrimi herausgegeben von J. F. Willems in: Belgisch Museum Th. IX. (1845.) p. 230. sqq. und nachher wiederholt in den Anlagen zum Reinaert de Vos 2e. Ausg. Gent 1850. p. 392—403. *Verhand. over de Prov. Comm.* p. 37. *Inleid. op Erasmus* n. 10.

Gregor. Richter. Editio nova Axiomatum Politicorum et Oeconomicorum. Accessione multarum novarum Regularum, multarumque Sententiarum et Exemplorum aucta et locupletata a Gregorio Richtero Gorlicio. Gorlicii 1604. 2 voll. 4°.

Ritzius. Florilegium Adagiorum et Sententiarum Latino-Germanicum, Ex optimis quibusque Auctoribus latinis Classicis, Poetis, Historicis, Rhetoribus, non omissis Auctoribus recentioribus, undique collectum et Alphabetico Ordine dispositum — adornatum ab M. Andrea Ritzio. Basileae 1728. 8o. *Inleid. op Erasmus.* n. 86. *Inleid. op Glandorp.* I. n. 18.

Roman van Heinric en Margriete van Limborch. Uitgegeven door L. Ph. C. v. d. Bergh. Leyden 1846. 8°. *Verhand. over de Prov. Comm.* p. 32. *Inleid. op Erasmus.* n. 2.

Schonaeus. Terentius Christianus seu Comoediae sacrae, Terentiano stylo a Corn. Schonaeo Goudano conscriptae, nunc demum magna eiusdem diligentia et labore emendatae atque recognitae. Tribus partibus distinctae. Amstelodami 1629—1639. *Inleid. op Erasmus.* n. 16.

Schröder. Zweihundert niederdeutsche Sprichwörter, gesammelt aus mittelniederdeutschen und niederrheinischen Dichtungen von C. Schröder in: Herrig's Archiv für das Studium der neueren Sprachen. B. 43. (Braunschw. 1868) p. 411—420. und B. 44 (Ebendas. 1869) p. 337—344. *Inleid. op Erasmus.* n. 1.

Schulze. Die biblischen Sprichwörter der deutschen Sprache herausgegeben von Carl Schulze. Göttingen 1860. 8o. Sieh oben S. XXX. Inl. op Glaud. I. p. IX.

Seybold. Viridarium selectissimis Paroemiarum et Sententiarum Latino-Germanicarum flosculis amoenissimum, ex optimis quibusque tam vetustissimis quam recentissimis Auctoribus adornatum. — — Lust-Garten, von auserlesenen Sprüchwörtern, auch schönen und denkwürdigen Sitten- und Lehrsprüchen &c. von Johann Georg Seybold. Nürnberg 1677. 8o. *Inleid. op Erasm.* n. 83. *Inleid. op Glandorp.* I. n. 16.

S p r e u k e n uit een Haagsch Handschrift, meegedeeld door M. De Vries in: Verslagen en Berigten uitgegeven door de Vereeniging enz. 4e Jaarg. (1847). p. 29—41. *Verhandel. over de Prov. Comm.* p. 35.

A n d r. S u t o r. Der hundert-Augige blinde Argos. und zwey-Gsichtige Ianus, Oder: Latinum Chaos — ad illuminandam Iuventutem exemplis, similitudinibus, sententiis cet. ab Andrea Sutore. Augspurg und München 1740. 8°. *Inleid. op Glandorp.* I. n. 20.

T a p p i u s. Sieh oben S. XXXV. n. 2.

T u n n i c i u s. Sieh oben S. XXXIV. n. 1.

M i c h. V e r i n u s. Michaelis Verini, Hispani poetae ac iuvenis doctissimi, Disticha de Moribus. Coloniae Agrippinae, Ad intersignium Monocerotis. Anno M.D.LXVII. 8°. *Inleid. op Glandorp.* I. n. 2. II. p. 116. n. 2.

B u r k h. W a l d i s. Sprichwörterlese aus Burkhard Waldis mit einem Anhange: zur Kritik des Kurzischen B. Waldis und einem Verzeichniss von Melanchthon gebrauchter Sprichwörter von Franz Sandvoss. Friedland 1866. 8°. *Inleid. op Erasmus.* n. 2.

W a n d e r. Deutsches Sprichwörter-Lexikon. Ein Hausschatz für das deutsche Volk. Herausgegeben von K. F. W. Wander. Leipzig, F. A. Brockhaus 1867—1876. 4 Bdd. [1])

---

1) Ein fünfter Band fehlt noch von diesem Lexicon, dessen Verdienste ich oben S. XXXVII. erwähnt, nachdem ich sie schon früher (Einl. zu Erasmus n. 95) erkannt hatte; wo ich dem eifrigen hochbejahrten Bearbeiter, von Herzen gewünscht, dass er die Freude erleben möge, seine Arbeit vollendet zu sehen, die nicht nur für ihn selbst, sondern auch für die deutsche Literatur ein unvergängliches Denkmal sein würde. Dass jedoch dieser Wunsch durch Wander's plötzliches Hinscheiden vereitelt ist, wird Mancher, dem die Wissenschaft am Herzen liegt, mit mir bedauern. Zum Glücke ist wenigstens der grösste Theil des fünften, die letzten Buchstaben des Alphabets enthaltenden Bandes abgedruckt, und ist ein Anfang gemacht mit der Mittheilung der *Zusätze und Ergänzungen.* Zur Vollendung des Ganzen hat Wander mehr als hinreichendes Material gesammelt. Darauf bezüglich schrieb er mir am 4 Juni, an welchem Tage er gegen Abend ganz unerwartet gestorben ist: *Mein Lexikon, das mit der* 75 *Lieferung schliessen muss, macht mir noch viel Arbeit u Sorge. Es ist in den* 18 *Jahren seit der Druck dauert, so viel als Nachtrag und Ergänzung eingegangen, dass ich nicht weiss, wie ich es unterbringen soll. Lieferung* 69 *ist fertig; ich habe also noch* 6 *Lief. bis zum Schluss.* Von dem Verleger, der sich durch die prächtige Ausstattung dieses Werkes so verdient gemacht hat, erwarten wir jetzt, oder hoffen wenigstens, dass er keine Mühe scheuen wird, Jemand zu finden, der befähigt ist, die (vielleicht zerstreuten) Notizen des Verblichenen mit der erforderlichen Sorgfalt zu redigiren und druckfertig zu stellen. Eine passendere Huldigung kann wohl schwerlich diesem Manne dargebracht werden, der jetzt aus einem thätigen, kummer- und gramvollen Leben zur ewigen Ruhe hinübergeschieden ist.

Wegeler. Philosophia Patrum, in lateinischen Versen und ihren Uebersetzungen, von Dr. Jul. Wegeler. Confluentibus 1877. 8°. (Editio quarta.) *Inleid. op Erasmus.* n. 93. Ganz kürzlich bereicherte Wegeler seine P. P. mit 200 später gefundenen und auf gleiche Weise übersetzten Spruchversen, in: Nachträge, Ergänzungen, Zusätzen und Register zur Ausgabe von 1877. Confluentibus 1879.

Weidner. Teutsche Sprüchwörter s. Proverbia Germanica, collecta a I. L. W. in: Gruteri Florilegio Ethico-Politico Francof. 1612. 8°. in Appendice Part. III. p. 1—120. *Inleid. op Erasmus.* n. 75.

Zegerus. Proverbia Teutonica Latinitate donata, Collectore et Interprete T. Nicolao Zegero Bruxellano, accuratius iam tertium recognita auctaque. Antverpiae. Ex officina Ioannis Loëi, Anno M.D.LVIII. 12°. *Verhandel. over de Prov. Comm.* p. 109. *Inleid. op Erasmus.* n. 52.

v. Zingerle. Die deutschen Sprichwörter im Mittelalter. Gesammelt von Dr. Ignaz V. Zingerle. Wien 1864. 8°. *Inleid. op Erasmus.* n. 1.

Ausserdem habe ich auch noch wohl vereinzelt etwas aus andern als den hier genannten Schriftstellern angeführt, welches ich, weil dieselben mir nicht zur Hand waren, von Andern entlehnt und auch als solches angedeutet habe. Für die Richtigkeit solcher Citate möchte ich mich also nicht ganz verbürgen; was aber die von mir selbst ausgehobenen Citate betrifft, so getraue ich mir zu behaupten, dass man unter diesen Tausenden nicht leicht ein Dutzend Fehler finden wird.

Damit glaube ich jetzt das Nöthige gesagt zu haben, und beende also diese Einleitung, gerade am nämlichem Tage als mir, ein halbes Jahrhundert früher, vom Senatus Amplissimus hiesiger Akademie, promotore Viro Clarissimo P. Hofman Peerlkamp, die Doctorwürde in Literis Humanioribus verliehen worden ist.

Leiden, 16 Mai 1879.

# PROVERBIA GERMANICA

COLLECTA ATQUE IN LATINUM TRADUCTA

PER

## HENRICUM BEBELIUM.

# EPISTOLA
# HENRICI BEBELII
## IUSTINGENSIS
AD
# GREGORIUM LAMPARTER
**Illustris Principis nostri Vuirtenbergensis Cancellarium, Virum iuris, eloquentiae, omnisque eruditionis consultissimum.**

---

(*De laudibus atque philosophia Germanorum veterum*).

Paucae fuerunt nationes, etiam antiquissimis temporibus, Cancellarie disertissime, quae non aliquibus sapientiae praeceptis, beneque vivendi legibus, essent institutae atque formatae. Graeci enim habuerunt suos philosophos: Latini, sapientes: Persae, magos: Galli, druides: Aegyptii et Iudaei, sacerdotes et prophetas: Indi et Aethiopes, brachmanas et gymnosophistas: Assyrii, vel etiam Babylonii, gymnosophistas; nam ut Suidas, Graecus auctor, tradit: Γυμνοσοφισταί· παρὰ Βαβυλωνίοις οἱ φιλόσοφοι καὶ παρὰ Ἀσσυρίοις, id est, *Gymnosophistae apud*

---

1) Jöcher, Allgem. Gelehrt. Lexicon II. p. 2224. GREGORIUS LAMPARTER, ein Jctus, war zu Biberach in Schwaben 1463 aus einem adelichen Geschlecht gebohren, studirte und promovirte zu Tübingen in Philosophiam und J. U. Doctorem, ward hierauf Professor daselbst, nach diesem Cantzler des Herzogs Ulrici von Würtemberg, endlich Kayser Maximiliani I geheimder Rath, von dem er auch zum Ritter geschlagen worden. Er war von ungemeiner Klugheit und Beredsamkeit, wohnte verschiedenen Reichs-Conventen bey — und starb endlich zu Nürnberg 1523, im 60sten Jahre. Cf. Morhof, Polyhistor L. 1. c. XXV. § 17. p. 314. quem citat J. Franck, Zur Quellenkunde des deutschen Sprichworts (in: Archiv f. n. Sprachen XI) p. 49.

*Babylonios philosophi*, *atque apud Assyrios.* Legumlatores vero fuerunt: apud Hebraeos, Moses: apud Athenienses, Cecrops: Argivos, Phoroneus: Lacedaemonios, Lycurgus: apud Cretenses, Minos atque Rhadamanthus: Aegyptios, Mercurius: apud Persas, Zoroastres. Sed cum nos Germani [1]) nec hos nec illos olim habuisse inveniamur, saltem quod ad posteritatem literarum beneficio pervenerit: quamvis enim Berosus [2]) in quinto Antiquitatum libro dicat, anno Nini regis quarto Tuysconem gigantem Sarmatas legibus formasse apud Rhenum, nihil tamen illarum ad nos pervenit ex literarum ignorantia: propterea plures scriptores sunt in nos barbariemque nostram debacchati, quandam quasi immanitatem maioribus nostris impingentes. Ego vero ideo clariores nos illustrioresque atque meliores ceteris gentibus luculentissime ostendam. Apud nostros maiores etenim, ut Cornelius Tacitus [3]) tradit, plus boni mores valuerunt quam alibi bonae leges; iustitiaque nostra, ingeniis insitaque naturae bonitate, non legibus, culta. Quodsi concedam nos rudes et barbaros fuisse, tamen multo plus profecit in nobis ignoratio vitiorum, quam in aliis gentibus cognitio virtutis. Nam, ut de Graecis et Latinis potissimum dicam, quae scelera, quae vitia non apud illos emerserunt, vel tanquam in sentina quadam resederunt? Nemo nescit a Graecorum intemperantia atque libidine *pergraecari* pro *scortari* usurpatum esse [4]). Nemo etiam literatus nescit Romanos lasciviam et

---

1) Caesar, B. G. VI. 21. *Germani... neque druides habent, qui rebus divinis praesint, neque sacrificiis student.*

2) In Berosi Antiquitatibus, quae primum Romae a. 1498, deinde saepius alibi editae sunt, haec leguntur L. V. „*Anno huius Nyni IIII. Tuyscon Gygas Sarmatas legibus format apud Rhenum. Idipsum agit Iubal apud Celtiberos et Samotes apud Celtas... Anno VI. Semiramidis apud Rheni Sarmatas regnavit filius Tuysconis Mannus* cet." Hosce autem libros, quibus Bebelii aetas fidem negare non ausa est, nostris temporibus iam pridem suspectos fuisse fraudisque convictos, res est notissima. Censentur quippe ficti esse ab Ioanne Annio Viterbiensi, Ord. Praed. qui etiam Commentarios addidit, fidem illis facturos scilicet ex monumentis antea editis, et lucem allaturos obscuris et parum credibilibus scriptis, quae sub venerandis vetustissimorum auctorum nominibus venditare non dubitavit. Vid. Fabricius, Biblioth. Graec. L. VI. c. 12. T. XIV. p. 211.

3) Tacitus, De morib. Germaniae c. 19. *Plusque ibi boni mores valent, quam alibi bonae leges.*

4) De significatione huius verbi, quo saepius utitur Plautus, ut Mostel. I. 1, 21. IV. 2, 44. Poen. III. 2, 26. exposuit Gronovius in Lection. Plautin. p. 352

intemperantiam, ut satis genio indulgerent, ad sacra etiam atque religionem introduxisse: aut, unde venerunt venenum, sica, praepostera Venus, pupillorum circumscriptio, fraus, dolus, deceptio, summa cupiditas atque avaritia? ceteraque vitia prope infinita ubi fertiliora fuerunt quam apud illos? ut satirae veteresque comoediae testantur. At de nostrorum maiorum integritate morumque bonitate non ego testis accedam, sed Cornelius Tacitus et Iulius Caesar, Romani. Iulius enim libro sexto Gallici Belli [1]), avaritiam a nostris maioribus abfuisse testatur, nec illos proprios agros habuisse, propterea ne qua pecuniae cupiditas oriretur. Hoc idem confirmat Cornelius his verbis [2]): Nec affirmaverim nullam Germaniae venam argentum aurumve gignere: quis enim scrutatus est? possessione et usu haud proinde afficiuntur. Est videre apud illos argentea vasa, legatis et principibus eorum muneri data, non in alia vilitate quam quae humo finguntur. Foenus [3]) item agitare et in usuras extendere, ignotum illis. Et ut idem dicit [4]): Gens non astuta nec callida, hospitalitateque [5]) inprimis gaudens, ut etiam quemcunque mortalium arcere nefas habitum sit. De continentia idem ipse habet: Nam [6]) prope soli barbarorum singulis uxoribus contenti sunt: exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem, plurimis nuptiis ambiuntur. Ergo [7]) septa pudicitia agunt, nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptae. Paucissima [8]) item in tam numerosa gente adulteria: quorum poena praesens et maritis permissa. Pudicitiae [9]) autem publicatae nulla venia: non forma,

---

1) Caesar B. G. VI. 22. *Neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios . . . ne qua oriatur pecuniae cupiditas.*

2) Tacitus, De morib. Germ. c. 5. *Nec tamen affirmaverim — humo finguntur.*

3) Tacitus, ibid. c. 26. *Foenus agitare et in usuras extendere, ignotum.*

4) Tacitus, ibid. c. 22. *Gens non astuta, nec callida.*

5) Tacitus, ibid. c. 21. *Convictibus et hospitiis non alia gens effusius indulget. Quemcunque mortalium arcere tecto, nefas habetur.*

6) Tacitus, ibid. c. 18. *Severa illic matrimonia: nec ullam morum partem magis laudaveris; nam prope soli barbarorum —— ambiuntur.*

7) Tacitus, ibid. c. 19. *Ergo septa pudicitia agunt — corruptae.*

8) Tacitus, ibid. c. 19. *Paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum poena —— permissa.*

9) Tacitus, ibid. c. 19. *Publicatae enim pudicitiae nulla venia: non forma, non aetate, non opibus maritum invenerit.*

non aetate, non opibus maritum invenit. Sera [1]) etiam iuvenum Venus; ac robora parentum filii referunt. Cornelio astipulatur Caesar [2]): Intra annum, ut inquit, vigesimum feminae notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus. Unde inprimis laudari debemus esseque admirabiles, cum indulgentissima nobis natura dederit animi bona, quae Graeci pariter et Latini longa sapientum doctrina praeceptisque philosophorum consequi non potuerunt, cultique eorum mores incultae barbariae collatione sunt superati. Quae insuper natio est sub coelo, quae cum maioribus nostris fortitudine animique magnitudine, quae fide et integritate ulla ex parte possit comparari? Non numero vires atque robur, velocitatem, proceritatem, pulchritudinemque corporis: dum in confesso omnium esse existimem, nos in his, cunctis gentibus praestitisse longissime. Quodsi res bellicas resensere pateretur (quae amplissimae fuerunt, magnificae et illustres) epistolaris angustia, ostenderem rebus Romanis florentibus Germanos, testimonio veterum et illustrium scriptorum, alterum imperium habuisse contra Romanos; ut alibi copiosius describam. In re tamen literaria (tametsi aliquando literis Graecis usos esse nostros non temere opinemur) rudes tamen fuisse et barbaros, nec ulla fuisse instituta, vel leges literis traditas, non possum refragari. Sed cum — ut institutum meum aggrediar — maiores nostri multis aliis virtutibus, ut supra declaravi, singulari quodam deorum munere naturalique animi bonitate fuerunt insignes, nec id assecuti ulla literaria disciplina, nemo dubitet eo tempore parentes liberos suos ad bene vivendum resque fortiter gerendas instituisse: quod non alia ratione fieri potuit, quam generalibus quibusdam sententiis proverbiisque usitatis: quae primum ab sapiente aliquo non minus prudenter quam acute atque eleganter in vulgus exposita, suam vulgo philosophiam et speculum vitae vivendae fecit. Ut igitur intelligatur, maiores nostros suam etiam philosophiam tractasse ut oratio nostra vel nostris adagiis optimis et verissimis (et quae multis in

---

1) Tacitus, ibid. c. 20 *Sera iuvenum Venus; ... ac robora parentum liberi referunt.*

2) Caesar, B. G. VI. 21. *Intra annum vero vicesimum feminae notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus.*

locis ex media veterum Graecorum philosophia exque penetralibus philosophiae deprompta iudicari debent) copiosior aliquando reddatur, pauca haec quae vides — vix enim semestri tempore collecta sunt — ex innumeris, quae in posterum investigabo, Latinitati donavimus: quae Tibi pro rara Tua atque incredibili eruditione examinanda, proque Tuis in me beneficiis maximis atque immortalibus singulariter consecranda putavimus. In quibus si elegantiam desideraveris, cogitare debebis in proverbiis et verba rebus, non res verbis, praesertim in multis, servire oportere, et saepe proprietatem sermonis, quae maxime hic requiritur, elegantiae non posse dare locum. Vale, et me, ut hactenus fecisti, commendatum habe. Tubingae, Idibus Septembribus, Anno M. D. VII.

---

## HEXASTICHON BEBELII
## AD LECTOREM.

Germanae gentis si quis proverbia nosse
    Expetit, in Latium vertimus, ecce, *λόγον*.
In quibus elucet vis quaedam abscondita veri
    Et sua vel plebi philosophia rudi;
(Sensibus hanc imis si vis cognoscere, Lector,)
    Non cessura, libris quam docuere sophi.

# ADAGIA GERMANICA
# BEBELII.

P. 101.

**1.** Mendax est fur.

Tantopere maiores nostri mendacia detestati sunt, ut mendacem eundem et furem putarent, adeo ut adolescentes mendaces futuros fures diiudicarent.

**2.** Multiloquos mendaces esse.

Iidem putaverunt multiloquos etiam mendaces esse, atque in multiloquio vix deesse mendacia.

---

1. Fabri de Werdea, Proverbia metrica et vulgar. rytmis. n. 201. v. 469.
Tunnicius 632. Die luycht der stelt ouch.
Surripuisse solet, crebro mendacia narrans.
Franck 1. 75*. Wer gern leugt / der stilt gern.

2. Prov. Salom. X. 19. (*C. Schulze*, die biblischen Sprichwörter der deutschen Sprache. Göttingen 1860. n. 53.)
Fabri de Werdea n. 49. v. 125. et n. 212. v. 491.
Prov. Comm. 195. Die vele clappen lieghen veel.
Saepe loquens multa loquitur mendacia multa.
Tunn. 292. De vele secht, dat he ouch nicht weynich en luycht.
Multa loquens, raroque tacens, mentitur aperte.
Agric. 211. Wer viel redet / der leuget gerne.
Tapp. 181*. *Non est eiusdem multa opportuna dicere.* (Erasm. I. 2. 99.)
Wer vil schwetzet / der leugt auch vil.
Franck 1. 75*. Wer vil redt / der leugt vil.

3. Servus erit, qui ducit pravam uxorem.

Libertate caret summaque servitute premitur, cui ducitur prava uxor.

4. Comparatio mulieris et canis.

Comparantur a nostris canes et mulieres. Illi, dum volunt, mingunt: haec, dum vult, flet, ut pulchre ostendit Iuvenalis in sexta Satira et Ovidius:

*Ut flerent, oculos erudiere suos.*

5. Non commovearis lacrymis mulieris, claudicatione canis, et iuramentis mercatorum et institorum.

6. Clericus contentiosus et Virgo sine pudore, et Martius in flore — hoc est dum arbores in Martio florent — malum esse illorum finem, voluit antiquitas.

7. Consimile.

Clericus superbus, puer sine pudore, et simia prudens, ut ita loquar, dicuntur esse sub imperio daemonum.

---

3. Fabri de Werdea n. 216. v. 499.
4. *Iuvenalis* Sat. VI. 268 sqq. — *Ovidius* Rem. Am. 690.
   Fabri de Werdea n. 232. v. 531.
5. Agric. 226 (*Ausl.*) An der hunde hyncken und Kauffmans schweren/ sol sich niemand an keren.
   Tapp. 102. *Phoenicum pacta.* (Erasmus III. 5. 56.)
   An der hund hincken/ An der huͦren wincken/
   Vnd an der kremer schweren/ Da soll sich niemand an keren.
   Franck 1. 75*. Hund hincken/ frawen weynen/ kraͤmer schweren/ sol sich keyn weiser ankeren.
6. Franck 1. 76. Ein jungfraw on scham/ Der mensch on thon/ der Mertz in der bluͦm/ Ein sommer on taw/ des würt man am end nit fro.
7. Fabri de Werdea, n. 16. v. 39.
   Franck 1. 76. Ein hoffertiger pfaff/ Ein kindt ohn straff/ Ein weisser Aff/ seind vnder des teuffels herschafft.

**8.** Proverbium est apud nostros, ut dicamus: Nemo custodit gratis sacrum sepulchrum Christi. Ad hoc alludit quod dicit Apostolus: Nemo tenetur militare propriis stipendiis. In re enim honestissima, et negotio, quale est custodire sacrum sepulchrum, opus etiam est, ut aliquis habeat mercedem, unde vivat.

**9.** Tria nobis maxime fugienda veniunt: Medicus indoctus, Cibus non coctus vel bis coctus, et Malus hospes. Addunt et alii pravam mulierem.

P. 102.

**10.** Proverbium est apud nostros: In magnis fluminibus et aquis magnos deprehendi pisces; in parvis parvos. Sic, qui velit servire, serviat magnis et potentibus, apud quos emergere potest pervenireque ad magnos honores et divitias.

**11.** Econtrario: In magnis fluminibus facile submergitur.

---

8. *Apostolus* Paulus II. Ep. ad. Tim. II. 4.
Fabri de Werdea n. 53. v. 137.
Tunnicius 753. Umme nycht ys qwaet wat te doen.
Quis gratis sudasse potest? sunt munera cordi.
Tunn. 1141. Nymmant wyl vm nycht wat doen.
Custodit gratis Christi iam nemo sepulchrum.
Franck 1. 76. Es hůt niemandt des H. grabs vergebens.

9. Fabri de Werdea, n. 39. v. 101.
Franck 1. 76. Speiß die hat ein kittel an/
Ein artzt der ist ein vngelert man/
Ein bårtig weib steht auch wol dran/
Die můssen eygen kirchoff han.

10. Fabri de Werdea, n. 65. v. 161.
Franck 1. 76. Bey grossen wassern fahet man groß fisch.

11. Franck 1. 76. In grossen wassern ertrinckt man gern.

**12.** Cuilibet fatuo placet sua clava. Hoc proverbium dici solet in eos, quibus suae res atque facta propria tantum placent: fatui enim, quorum arma sunt tantum contus et clava convenientes, quilibet suum laudat.

**13.** Rusticus quanto plus rogatur, tanto magis inflatur, et, ut dici solet: Rusticus dum rogatur, intumescit ei venter.

**14.** Cor non mentitur; hoc est: loquatur quisque quod velit, conscientia tamen non fallit, quae habet mille testes. Ad quod pulchre Menander dicit:

Βροτοῖς ἅπασιν ἡ συνείδησις θεός.

id est, *Mortalibus omnibus conscientia deus.*

---

12. Tunn. 104. Dem gecken hangent syne kuse.
Cuique placet stulto sua vestis, sordida quamvis.
Tapp. 81. *Suum cuique pulchrum.* (Erasm. I. 2. 15.)
Eynem yeden narren gefelt sein kolb wol.
Franck 1. 76. Eim ieden Narren gefelt sein kolb.

13. Pr. C. 106. Alsmen den kerle bidt cromt hi sinen hals.
Collum curvatur, villanus quando rogatur.
Tunn. 23. Wo men den bur meer byt, wo em de hals wryger syt.
Rusticus oratus cristam sublimat in auras.
Tunn. 147. Als me den kerle byt, so krummet em der hals.
Rusticus inflectit collum si quando rogatur.
Franck 1. 76. Wann mann den baurn bit/
so grotzelt ihm der bauch.

14. *Menander* Monost. 654.
Pr. C. 14. Al liecht die mont, thert en liecht niet.
Cor non nugatur, licet os mendacia fatur.
Tunn. 25. Al luycht de munt, dat hertze en doet des nicht.
Cor non mentitur, licet os falsissima narret.
Franck 1. 76. Das hertz leugt nit.
Das gewissen verfürt niemandt.
Red ein ieder was er wil/ so wirt sein hertz vnd gewissen nit liegen. Es ist tausent zeugen.
Das gewissen ist in allen menschen gott.

**15.** Dicitur item de conscientia, Quemque vexare suam fraudem; et apud Graecos dicitur Συνείδησις πλήττει τὴν ψυχήν, id est, *Conscientia verberat animam.*

**16.** Iocus dum optimus, est cessandum.

**17.** Iuri non esse locum dicimus, ubi violentia intervenerit.

**18.** Feles, dum catulos habet, studiosissime mures venatur.

**19.** Dum ferrum ignitum, cudendum est; hoc est: omnia suo tempore et opportuno facienda esse.

---

15. Non nominato auctore hanc Graecanicam sententiam memorat etiam Erasmus Adag. I. 10. 91. *Conscientia mille testes.*
Agric. 19. Vntrew schlecht yhren eygen herren.
Franck 1. 76. Einem ieden büßt vnd vexiert sein list.
Das gewissen schlegt die seel / man kan jm nit vnrecht thün oder einem affen treen.

16. Pr. C. 20. Als tspel best es, so salment laten.
Optimus est quando ludus, non ludere mando.
Tunn. 42. Als dat speyl vp dem besten ys, so sal men afflaten.
Dum non ingratus, pulchrum desistere ludo.
Agr. 39. Wenn der schertz am besten ist / so sol man auff hören.
Franck 1. 76. Wann der schimpff am besten ist / so sol man auff hören.

17. Pr. C. 22. Als ghewelt comt, so es dat recht doot.
Tunc ius calcatur, violentia cum dominatur.
Tunn. 39. Als gewalt kumpt, so ys dat recht doet.
Iura nihil possunt, ubi vis dominatur iniqua.
Franck 1. 156*. Es ist böss rechten / wo gwalt richter ist.

18. Pr. C. 24. Als die catte iongen heeft, so muyst si wel.
Cattus habens plures iuvenes, capit undique mures.
Tunn. 36. Als de katte iungen hefft, so vengt sy wal muse.
Dum peperit, mures studiose musio captat.
Franck 1. 76. Wann die katzenn jungen haben / so mausenn sie fleissig.

19. Pr. C. 25. Alst yser heet es, so salment smeden.
Ferrum quando calet, cudere quisque valet.

**20.** Tunc summa est in silvis fames, dum lupus lupum vorat.

**21.** Dum fortuna favet, parit et taurus vitulum; hoc est: tantam esse fortunae vim, aut potius fatalem dispositionem atque voluntatem divinam, ut incredibilia pene sequantur.

**22.** Dum canem caedimus, corrosisse dicitur corium; hoc est: facile excogitamus causam in eum, cui male volumus.

---

Tunn. 35. Als dat yser heys ys, so sal met smeden.
Cudendum ferrum, quando micat igne calenti.
Tapp. 134. *Nunc tuum ferrum in igni est.* (Erasm. IV. 4. 100.)
Man sol dz eisen schmiden / die weil es heyß ist.
Fr. 1. 76*. Wann das eisen glüend ist / sol man schmiden.

20. Pr. C. 31. Als een wolf den anderen eet, so es hongher in den woude.
Quando lupum lupula vorat, esurit undique silva.
Tunn. 30. Als de eyne wolff den anderen yst; so ys groet hunger inden busche.
In nemore alta fames, ursus si devorat ursum.

21. Pr. C. 32. Alst wel wil, so calft die osse.
Dum bene vult, vitulat bos. Sic gens undique famat.
Tunn. 43. Alst wal wyl, so kaluet der osse.
Dum sors arridet, vitulum bos edit et agnum.
Tapp. 186. *Deo volente vel vimine navigabis.* (Erasm. ?)
(*Westph.*) Wann Gott wil / so kaluet oeck wol eyn osse.
Franck 1. 76*. Hastus glück / so kalbet dir ein ochs.

22. Pr. C. 34. Alsmen den hont slaen wilt, so heeft hi leer gheten.
Qui catulum caedit, Corium, fert ipse, comedit.
Tunn. 1161. Als me den hunt slet, so moet he leder hebben geten.
Corrosit pellem, catulum si quando ferimus.
Tapp. 108*. *Occasione dumtaxat opus est improbitati.* (Erasm. II. 1. 68.)
Wann man den hund schlagen wil / so hat er ledder gessen.
Franck 1. 76*. Wann mann den hund schlegt / so sagt man er hab das leder gefressen.

P. 103.

**23.** Canis mortuus non mordet; hoc est: mortui non nocent.

**24.** Ingratior est verna, vel operarius, opere perfecto. Ad hanc sententiam alludit Menander, Graecus poeta, dicens:

Μετὰ τὴν δόσιν τάχιστα γηράσκει χάρις,

id est, *Post dationem velocissime senescit beneficium.*

**25.** Una apis melior est tota vola muscarum; hoc est: rerum inutilium nullam esse comparationem cum utilibus.

**26.** Dum pastori male succedit, hoc idem fit in detrimentum gregis, ut quidam barbarissime versificatus est:

*Dum male pastori vadit, vadit male gregi.*

---

23. Tunn. 1258. Eyn doet hunt en byt nummande.
Vulnera truncatus nulli facit ore molossus.
Tapp. 15*. *Mortui non mordent.* (Erasm. III. 6. 41.)
Die todten hund beissen nit.
Franck 1. 76*. Todter hund beisst nit.

24. *Menander* Monost. 347.
Pr. C. 30. Alst werck ghedaen es, so es die knape onweert.
Verna fit ingratus, dum mox opus est operatus.
Tunn. 1155. Wan dat werck gedaen ys, so wert de knecht vnwert.
Prosequimur vernas odio, sudore peracto.

25. Pr. C. 39. Also goet es een bye als een hant vol vlieghen.
Muscis plena vola deterior est ape sola.
Tunn. 59. Besser ys eyn bye, dan dusent vleygen.
Sola apis excellit muscarum millia quinque.
Franck 1. 76*. Ein byn ist besser dann ein gantzer flug / oder schwarm fliegen.

26. Pr. C. 40. Alst den herde misgaet, misgaet den vee.
Dum male pastori vadit, vadit male gregi.
Tunn.58. Alst dem herden ouel geyt, so geyt den schapen nicht wal.
Tristantur pecudes, laeso pastore fideli.
Fr. 1. 76. Wann es dem hirten vbel geht / so sterben die schaf.
Der hirten not / ist der schaf todt.

**27.** Hydria tam diu ad fontem portatur, donec vel tandem frangatur; hoc est: qui omnibus se periculis exponit, vel tandem periclitabitur.

**28.** Quot regiones, tot mores.

**29.** Homo friget pro qualitate vel multitudine vestium. Ex hoc proverbio emersit illa fabula: Dum quidam dives, rigentis hiemis tempore, melota et villosis vestibus indutus frigeret, obviumque haberet hominem pannosum atque vilibus vestibus indutum, laetum atque nullum frigus causantem, dicitur interrogasse, cur tam pannosus non frigeret, uti ipse optime vestitus. Respondit ille: Quia universas vestes meas mecum habeo; tu pro eo, quod non omnes habes tecum, aliarum desiderio et spe friges.

---

27. Pr. C. 42. Also langhe gaet die cruyke te water dat si brect.
 Ad vada tot vadit urna quod ipsa cadit.
 Tunn. 55. De kruke geyt so langhe tzo wasser dat sy bricht.
 Hydria multiplici ruit, et confringitur, usu.
 Tapp. 16*. *Improbi consilium in extremum incidit malum.* (Erasm. III. 2. 73.)
 Der krůg gehet so lang zů wasser/ biß er eynmal zerbricht.
 Franck 1. 76*. Ein krůg gehet so lang ghen wasser/ biß er zu letzst zerbricht.

28. Pr. C. 47. Also menich lant so menighe zeede.
 Dic: patriae quot sunt, harum mores, scio, tot sunt.
 Tunn. 48. So manich lant, so manyge wyse.
 Sunt usus rerum totidem, quot climata mundi.
 Tunn. 98. Eyn ytlich lant holt sijne wyse.
 Quaelibet usque suos observat natio mores.
 Franck 1. 76*. Wie vil land/ so vil tand.
 Lendtlich sitlich.

29. Pr. C. 49. Alle man vriest na sijn clederen.
 Algeo plus, vestes dum plures sunt, scio, testes.
 Fr. 1. 76*. Es freurt ein ieden darnach er kleyder an hat.

**30.** Omnis homo nequam in proprio quaestu.

**31.** Nihil est quod non dici queat; hoc est: nihil esse tam absonum ab omni veritate vel aequitate, quin dici queat.

**32.** Digitus docet podicem cacare; hoc est: ignarus doctum docet.

**33.** *Saepe sub palliolo sordido sapientia.* Cicero.

**34.** Multa prudentia perit in pauperum crumena; hoc est: pauperes negligi, in quibus saepe multa prudentia est: sed negligitur paupertas, nec exercetur ad res gerendas. Nisi enim quis dives fue-

---

30. Pr. C. 56. Alle man es een dief van sijnre neeringhe.
Quisque suo quaestu fur; sicque tuo simul es tu.
Tunn. 73. Alle man eyn deyff yn syner nerynge.
Cleptes in proprio quaestu deprenditur omnis.
Franck I. 77. Wann es an eygen nutzen geht / so ist nyemandt keyn nütz.
Er ist kein narr / er ist seins vorteyls gescheid.

31. Pr. C. 57. Alle dinck laet hem segghen.
Quaevis res saeculi de se fert plurima dici.
Tunn. 75. Alle dyngen laten sych segen.
Quid tam grande foret, posset quod dicere nullus?
Franck II. 155*. Es laßt sich alles sagen.

32. Agr. 174. Der finger leret den hyndern scheissen.
Tapp. 14*. *Sus Minervam.* (Erasm. I. 1. 40.)
Der finger lernet den hindern scheissen.
Franck II. 13. Der finger leret den hindern scheissen.

33. Cicero Tusc. III. 23. 56.
Tapp. 158. *Saepe etiam est holitor valde opportuna locutus.* (Erasm. I. 6. 1).
(*Westph.*) Eth verdiruet viele wyßheit / vnder eyns armen mans heücken / oder mantel.
Franck I. 33. Es verdirbt vil weißheyt vnder eins armen mans rock.

rit, nunquam creditur prudens, neque adhibetur ad res serias et quae exigunt prudentiam. Non dissimiliter dicitur a Iuvenale in septima Satira

*Rara in tenui facundia panno.*

P. 104.

**35.** Dicunt nostri: Nullum esse mortalium, qui in sua familia et stirpe non habeat nebulones et meretrices; volentes nullam esse familiam tam generosam aut probatam, quin aliqui sint ex ea minus boni, sed nequam et homines perditi.

**36.** Proverbium est: Longos et procerae staturae raro esse sapientes, breves autem raro demissos et humiles, et rufos minus fideles.

---

34. Iuvenal. Sat. VII. 145.

Pr. C. 434. In een arms mans hooft blijft veel wijsheit versmoert. Pauperis in capite pereunt bona dogmata saepe.

Tunn. 611. In eynem armen man blijft vele wijszheyt versweghen. Saepe viri sub corde latet sapientia egentis.

Franck 1. 77. Es verdirbt vil weißheyt inn eins armen mans taschen.

35. Fabri de Werdea, n. 7. v. 17.

Agr. 346. (*Ausl.*) Es kompt wol/ das einer mit einer schwester viel schweger macht/ er mus aber den reymen nicht außwischen/ Wer huren vnnd buben nicht ym seinem geschlecht hat ec. (*sic.*)

Franck 1. 77. Wer nit hůrn vnd bůben vnder seim geschlecht hab/ der zieh ghen Nürnberg vnd wisch den reymen ab.

36. In Facetiis suis (ed. Francof. 1590) p. 15* Bobelius hunc versum memorat vulgarem: (qui est in libro Faceti p. ult.)

*Raro breves humiles vidi rufosque fideles.*

Tunn. 1266. Grote reesen synt selden geleirt. Unquam quis vidit Polyphemos arte disertos?

**37.** Est nostris in proverbio: Fatuum ex verbis cognitum iri, ollam sive vas fictile ex pulsu et sono, ex moribus autem omnem hominem.

**38.** Nullus est magistratus, quantumvis parvus, qui non suspendio dignus; hoc est: nullus est magistratus qui non abuti possit sua potentia et perperam agere.

**39.** Econtrario dicitur: Nullam potestatem esse et magistratum sine invidia. Qui enim sunt aliis praepositi, difficile est ut non multos laedant, praesertim improbos.

**40.** Aurae serenae et principi ridenti non credas: quia facile mutantur.

---

Franck 1. 77. Roter bart/ vntrewe art.
Rot bart vnd Erlin bogen/
Gerathen selten/ ist nit erlogen.
Rot haer ist entweder gar fromm/ oder gar böß.

37. Fabri de Werdea, n. 23. v. 55.
Tunn. 1260. Uth den worden kentme den geck.
Ex verbis fatuum, ex sonitu cognoscimus ollas.
Franck 1. 77. Den vogel kent man bey seim gesang/
Vnd den hafen an seim klang.
Vnd den Esel bey den ohrn.
Den narren bey dem wort vnd zorn.

38. Agr. 290. Es ist kein ampt so geringe/ es ist henckens werd.
Franck 1. 77*. Es ist keyn ämptle es ist henckens werdt.

39. Fabri de Werdea, n. 100. v. 253.
Franck 1. 28. Glück vnd ehr ist nit ohn neider.

40. Tunn. 1269. Den claren dagen vnd lachende heren ys quaet to louen.
Ne credas Phoebi radiis, regique sereno.
Franck 1. 77*. Schönem wetter/ vnd der fürsten lachen traw nit/ dann es hat sich bald geendert.
Franck 11. 179*. Klarem himel vnd lachenden hern sol niemant trawen.

**41.** Est nostris in proverbio: Probitatem et probos homines ire et redire per omnes provincias, improbos vero transire semel, non redire.

**42.** Senes et illi qui longinquas regiones peragraverunt, per vim mentiri dicuntur a vulgo. Nam senex, de suis temporibus loquens, non potest carpi, quia nemo iuvenum eo tempore vixit. Et alter per vim mentitur, quia de regionibus loquitur, in quibus audientes fortasse nunquam fuerunt vel nunquam nominare audiverunt.

**43.** Pons Polonicus: Monachus Boemicus: Suevica monialis: Miles Australis: Italorum devotio et Alemannorum ieiunia: fabam valent omnia.

---

41. Fabri de Werdea, n. 13. v. 33.
Tunn. 1270. Vromheit wandert dorch alle lande.
It, redit, et transit probitas per climata mundi.
Agr. 21. Trewe handt gehet durch alle land/
Untrewe handt gehet hin/ kompt aber nicht herwidder.
Franck 1. 77*. Mit frommkeyt kompt man durchs land vnd wider herdurch/ mit liegen vnd triegen hindurch/ aber nit widerumb.

42. Fabri de Werdea, n. 26. v. 62.
Tapp. 227. *Deos absentes testes facit.* (Brassican. in edit. Grynaei p. 1470.)
Wer von ferrem land leügt/ der leügt mit gewalt.
Franck 1. 77*. Grosse herrn/ alten/ vnd weit gewanderten liegen mit gewalt.
Franck 11. 131. Wer liegen wil/ sol von verren landen liegen/ so kann man jm nicht nachfragen.
Der weit gewandert vnd alt/ liegen mit gewalt.

43. Franck 1. 77*. Ein Polnisch bruck/ Ein Behmischer mönch/ Ein Schwebische Nonn/ Ein Osterreichischer Kriegsman/ Wälsche andacht/ vnd der Teutschen fasten/ gelten ein bonen.

P. 105.

**44.** Pessima est avis, quae proprium nidum defoedat; hoc est: Malus est, qui vel uxorem vel propriam patriam et familiam, vel suos parentes aut sorores infamat.

**45.** Quaelibet avis ex proprio cantu dignoscitur; et Qualis avis, talis cantus.

**46.** Item: Nulla unquam avis mala bene cecinit, aut, bonum cantum edidit. Hoc dici solet in illos, qui sunt maledici aliisque detrahunt.

**47.** Non dissimiliter a Graecis in proverbio est *Κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν*, id est, ***Mali corvi malum ovum.*** Inde etiam, quoniam Cuculus, quae Graece coccyx dicitur, incompositum cantum edit, dicimus ad eum, qui fatuus est: Ille pascit cuculum; vel: Ille nondum renunciavit cuculo; id est: est adhuc fatuus et stultus.

---

44. Fabri de Werdea, n. 166. v. 393.
Pr. C. 677. Tes een vuyl voghel, die sinen nest onreynt.
Vilis et ingrata volucris foedans sua strata.
Tunn. 952. Het ys eyn vuyl vogel, de sijn egen nest beschit.
Foeda suum volucris defoedans stercore nidum.
Franck 1. 78. Es ist ein böser vogel/ der jm selbst in sein nest hofiert.

45. Fabri de Werdea. n. 361. v. 789.
Tunn. 794. Mannigerley vogel singen mannigerley sanck.
Psittacus et perdix non voce loquuntur eadem.
Tapp. 113. *E cantu dignoscitur avis.* (Erasm. IV. 2. 21.)
Man höret an dem gesang wol/ was vogels er ist.
Franck 1. 6*. Den vogel kennt man am gsang/ vnd den hafen am klang.

46. Franck 1. 78. Böß vögel singen böß gesang.

47. *Graecis*. Zenob. IV. 82. Κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν. Εἴρηται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν πονηρῶν πονηρὰ ποιούντων.

**48.** Si manet iuvenis, non tamen senex; hoc est: potest vivere et manere in vita iuvenis, attamen senex brevi morietur.

**49.** Servitia coacta non habent meritum; vel: Beneficia imperata non habent gratiam.

**50.** Homo caecus, homo miser, tametsi pretiosa sit eius vestis.

**51.** Homo a suo socio cognoscitur.

**52.** Melius est ut pueri fleant, quam senes. Optimum illud est consilium senibus, ne omnia filiis largiantur. Sic dicitur dicterio Graeco: Υἱοῖς μὴ καταθάρρει, id est, *Filiis non confide.*

---

*Cuculus.* Quae huc pertinent, explicuit Plinius XVIII. 26. 66. 2. Cf. Horat. Sat. I. 7. 28 et quae congessit Erasmus ad adagium *Cuculus* IV. 5. 88.

Tapp. 9. *Mali corvi malum ovum.* (Erasm. I. 9. 25.)
Böse raben/ böse eyer.

48. Pr. C. 122. Blijft der iongher yet, der ouder en blijft niet.
Forte manet iuvenum quis, sed nullus seniorum.
Tunn. 126. Blijfft de iunge, de alde moet steruen.
Grandaevus moritur, puero vivente per annos.

50. Pr. C. 125. Blyndt man, arm man, al hadde hi bonte cleder an.
Caecus inops dictus quamvis varius sit amictus.
Tunn. 183. Een blynt man, arm man, al hefft he bonte kleyder an.
Quam miser est caecus, tectus sit murice quamvis.

51. Pr. C. 127. By sinen gheselle kentmen den man.
Cognitus in parte sit per socium vir aperte.
Franck 1. 78. Sihe den man bey seim gesellen an.

52. Hoc dicterium est unum e Praeceptis VII Sapientum, quae collecta a Sosiade, servavit Stobaeus Floril. T. 3. 80. (in Fragm. Philos. Graec. ed. a Mullachio, Paris. 1860. p. 217.)
Pr. C. 129. Beter eest dat een kint screit dan een out man.
Quod fleat est melius puer unus quam vir adultus.
Tunn. 186. Besser dat de kynder schryen, dan der alde man.
Est satius, quam longaevum, plorare puellos.
Agr. 651. Es ist besser kinder weynen/ denn alte leut.

**53.** Melior est parva ira, quam grande damnum.

**54.** Melius est pisciculos cepisse, quam desidia omnino torpere.

**55.** Melior est avis in manu vel nido, quam decem in aëre.

**56.** Tempus fert rosas; hoc est: suo tempore omnia fiunt.

---

Tapp. 8*. *Praestat uni malo obnoxium esse quam duobus.* (Erasm. IV. 2. 36.

Es ist besser das kind weyne/ dann der vatter.

Franck 1. 78. Es ist besser die kind weynen dann du.

53. Pr. C. 130. Beter cleinen toern dan grote scade.
Ira brevis melior magnis damnis, ut opinor.
Tunn. 187. Besser ys kleyn tzoern dan grois schade.
Ira brevis melior, damnum quam ferre molestum.
Tapp. 8*. *Praestat uni malo obnoxium esse quam duobus.* (Erasm. IV. 2. 36.)

Besser eyn kleynen zorn/ dann eyn gros schade.

Franck 1. 78. Es ist besser ein kleyner zorn/ dann einn grosser schad.

54. Pr. C. 131. Beter blieck gheuanghen dan stille gheseten.
Pisciculos capere plus approbo quam residere.
Tunn. 189. Besser yst vogel geuangen, dan heel stylle gesessen.
Quam sedisse diu, praestat cepisse volucres.

55. P. C. 135. Beter eenen voghel ondert net, dan X in de lucht.
Est avis in reti melior grege quoque volanti.
Tunn. 248. Besser eyn vogel in dem korue, dan dusent in der luycht.
Sola avis in cavea melior, quam mille volantes.

Agr. 84. Es ist besser ein Sperling ynn der hand/ denn ein Kranch auff dem dache.

Franck 1. 78. Es ist besser ein spatz in der hand/ dann ein Rephůn im lufft.

Franck 11. 168. Es ist besser ein vogel im korb oder kefich/ dann tausent im luft.

56. Agr. 395. Zeyt bringt rosen.
Tapp. 202. *Annus producit, non ager.* (Erasm. I. 1. 44.)

Zeit bringt rosen.

Franck 1. 78. Zeit bringt Rosen.
Das stündlin bringts.

**57.** Dici etiam solet: Spem ponis in rosa; de illis, qui in fragili re ponunt fiduciam. Nam, ut Graecus quidam cecinit disticho pentametro:

Τὸ ῥόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον, ἢν δὲ παρέλθῃ,
Ζητῶν εὑρήσεις οὐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον,

id est, *Rosa viget breve tempus; si autem praeterierit, quaerens invenies non rosam, sed spinam.* Ita dicit Theocritus, quod Vergilius in Bucolica sua transtulit: Αἰὼν πάντα φέρει, id est, *aevum* vel *aetas fert omnia.*

P. 106.

**58.** Ex turpi vacca turpis generatur vitulus.

**59.** Raro ventus tempestuosus sine pluvia.

**60.** Non omnes stertentes dormiunt. Alludit ad hoc proverbium: Non omnibus dormio.

---

57. *Graecus quidam.* Palladas in Anthol. Palat. XI. 53. (Anth. Gr. Jacobsii T. II. p. 336.) — *Theocritus.* Non est Theocriti hemistichium, sed Platonis; cuius Epigramma legitur in Anthol. Graec. Jacobsii IX. 51. T. 11. p. 20. — *Vergilius.* Ecl. IX. 51.
Franck 1. 78. Es ist nicht auff rosen bletter zu bawen.
Franck 1. 95*. Zeit gibt vnd nympt alle ding.

58. Pr. C. 142. Besceten coe besceten calf.
Ex vili vacca vilis vitulus generatur.
Tunn. 256. Eyne vuyle hore, eyn vuyle dochter.
Prostibulam turpis meretrix producit avaram.
Franck 1. 78. Es zeucht keyn fraw ein zeißle auß.

59. Pr. C. 786. Zelden es gheleghen groot wint sonder reghen.
Raro cadit ventus nisi cum pluvia violentus.
Tunn. 1138. Grot wynt brenckt groten regen.
Ingentem boreas violentus suscitat imbrem.
Franck 1. 78. Trüb wolcken findt selten on regen.

60. *Non omnibus dormio.* Cicero ad Fam. VII. 24. Cf. Erasm. I. 6. 4.
Pr. C. 790. Zy en slapen niet alle die snuuen.
Nare resonantes interdum sunt vigilantes.
Tunn. 917. Se slapen nycht al, do snorken vnd die ogen to hebben.
Non stertens omnis dormit neque lumina claudens.

**61.** Non omnes sancti sunt, qui delubra deorum intrant; hoc est: qui simulant probitatem, non sunt omnes sancti.

**62.** Quo plures hostes, tanto maior honor.

**63.** Quo altior mons, tanto profundior vallis.

**64.** Item: Quo altior gradus, tanto profundior casus.

**65.** Quo Romae propiores, tanto Christiani tepidiores.

**66.** Stercus quo plus commovetur et agitatur, tanto plus foetet; hoc dici solet in eos, qui aliquam in-

---

Tapp. 134*. *Vulpi esurienti somnus obrepit.* (Erasm. 11. 6. 55.)
Sie schlaffen nit alle die da schnarchen.
Franck 1. 78. Es schlaffen nit all die die augen zuhond.

61. Pr. C. 792. Zy en sijn niet alle heylich die gheerne ter kerken gaen.
Non omnes sancti, qui calcant limina templi.
Tunn. 1144. Se synt nicht al hillich de hillich schynen.
Non omnes sancti, divorum templa petentes.
Franck 1. 78. Es sindt nit alle Heiligen/ die in aller heiligen kirchen gehn.

62. Pr. C. 796. Zo meer viande so meer eeren.
Plus quis honoratur, hostis dum multiplicatur.
Tunn. 1146. Wu mer vyende, wu mer eer.
Quo plures victi, fit eo laus pulchrior, hostes.
Franck 1. 78. Ye mehr feind/ ye mehr ehr.

63. Pr. C. 797. Zo hogher berch so dieper dal.
Si mons sublimis, profundior est tibi vallis.
Franck 1. 78. Ye hoher berg/ ye tieffer thal.

64. Pr. C. 803. Zo hogher graet, so swaerder val.
Si gradus est altus, nocet ergo magis tibi saltus.

65. Pr. C. 798. Zo nader den paeus, so quader kersten.
Vita peiores sunt qui Papae propiores.
Tunn. 1069. Jo neger Rome, io quader Christen.
Romae habitans curat nihili mandata Tonantis.
Franck 1. 78*. Ye näher Rom/ ye böser christen.

66. Pr. C. 799. Zo men den drec meer ruert, so hi meer stinct.
Res satis est nota: Foetent plus stercora mota.

famiam incurrerunt, quorum dedecus tanto notius fit, quanto plus tractatur.

**67.** Silentium optimum; nam, ut Bias ait, Καλὸν ἡσυχία, id est, *Pulchrum taciturnitas*, et Palladas:

Ἡ μεγάλη παίδευσις ἐν ἀνθρώποισι σιωπή,

id est, *Magna eruditio est inter homines silentium.*

**68.** Rumor multa mentitur.

**69.** Ex sola scintilla conflagrat saepe tota domus; hoc est: ex minimis rebus saepe grandis iactura oritur.

---

Tunn. 1147. Jo me den dreck mer roret, io he mer stincket.
Quo mage vertatur, tanto plus sordet, oletum.
Tapp. 165*. *Movere Camarinam.* (Erasmus I. 1. 64.)
(*Westph.*) Man sall den dreck nicht rören/ he stincket anders.
Want ye mer man den dreck röret/ ye mer he stincket.
Fr. 1. 78*. Ye mehr man den dreck rüttlet/ ye mehr stinckt er.

67. *Bias.* Inter Periandri dicta refertur a Diogene Laertio I. c. 7. s. 97, item a Demetrio Phalereo in VII Sapientum Apophthegm. quae servavit Stobaeus Floril. T. 3. 79. (in Fragm. Philosoph. Graec. ed. a Mullachio, p. 215.)
*Palladas.* Anthol. Palat. X. 46. (Anthol. Gr. Jacobsii T. II. p. 293.)
Pr. C. 800. Zwighen best.
Nil melius vere quam cum ratione tacere.
Tunn. 1148. Swijgen ys dat beste.
Quid melius, clausisse suo quam tempore labra?
Tapp. 119. *Silentii tutum praemium.* (Erasm. III. 5. 3.)
Schweigen ist kunst/ klaffen bringt vngunst.
Franck 1. 78*. Schweigen ist für vil vnglück gůt.

68. Pr. C. 730. Van horen segghen liechtmen vele.
Quod male mentitur, audita loquens, reperitur.
Tunn. 1079. An horen seggen luchtme vele toe.
Plurima mentitur solum qui audita revelat.
Franck 1. 78*. Man můß die leut reden lassen/ gens könnens nit.

69. Iesus Sirach XI. 34. (*Schulze* n. 151.) Epist. Iacobi III. 5.
Pr. C. 731. Van eender voncken bernet een huys.
Sola scintilla perit haec domus aut domus illa.

**70.** Multa interrogans fit ingratus.

**71.** Coelo cadente ollae veteres frangentur omnes.

**72.** Quid nocet latratus canis, si non mordeat.

**73.** Quid pectunt, qui non habent capillos?

**74.** Concilia te vicinis tuis.

---

Tunn. 1080. Eyn kleyne funcke verbrent wal eyn groet huys.
Totam saepe domum tenuis scintilla perurit.
Agr. 156. (*Ausl.*) Ein klein fewer entzündet ein grossen wald.

70. Pr. C. 734. Vele vraghens onweert sere.
Saepe fit ingratus qui quaesitare paratus.
Tunn. 1083. Vele vragen vnwerdt seer.
Multa rogans, blandeque loquens, ingratus habetur.

71. Pr. C. 737. Valt den hemel, so en blijft nerghent pot heel.
Olla cadente polo vetus omnis frangitur illo.
Tunn. 1015. Veelt de hemel, so blift nicht eyn heel potte.
Nulla ruente polo vetus olla maneret et arbor.
Franck 1. 78*. Wann der himel fellt/ so würdt er all alte häfen zerschlagen.

72. Pr. C. 746. Wat scaet shonds bassen die niet en bijt?
Si non morderis, cane quid latrante vereris?
Tunn. 1271. Hundes blecken hindert nummande.
Cui latratus obest catuli mordere negantis?
Tapp. 39. *Canes timidi vehementius latrant.* (Erasm. III. 7. 100.)
Die hund die vil bellen/ beissen nit.
Franck 1. 78*. Es schadt nicht wann die hund bellen/ wann sie nur nit beissen.

73. Fabri de Werdea, n. 168. v. 399.
Pr. C. 749. Wat gaen sy kemmen, die gheen haer en hebben?
Quid pexant illi quibus absunt fronte capilli?
Tunn. 1021. De keimen sych to vorgeues, de nyen haer en hebben.
Quid pectunt sese, quibus haud in fronte capilli?

74. Tunn. 1025. Het gae dy ouel offt wal, blijff bij dynen naberen.
Sis miser aut felix, vicinos desere nunquam.
Franck 11. 36. Mit nachbaurn sol man sich leiden.

**75.** Dici item solet: Bonum est erigere dumos cum vicinis; nam, ut Hesiodus dicit, *πῆμα κακὸς γείτων*, id est, *damnum*, *malus vicinus; tantumque*, ut idem dicit, *bonus*, *magna utilitas. Sortitus est honorem, qui sortitus est vicinum bonum.*

P. 107.

**76.** Hostis hosti raro bene loquitur.

**77.** Pro veteri debito accipimus stramen avenae.

**78.** Omnes cupimus senium: cum venerit, odimus.

**79.** Surdis frustra canitur: nec asinus cithara gaudet.

---

75. Hesiod. O. et D. 346.
Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.
Ἔμμορέ τοι τιμῆς, ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.
Agr. 589. Mit den nachbawren hebt man den zaun auff.
137. Ein guter nachbar ist ein edel kleinod.
Tapp. 115*. *Non absque Theseo.* (Erasm. I. 5. 27.)
Mit den nachbauren hebt man die zeün/ oder die scheüren vff.
Franck 1. 78*. Es ist gůt mit nachbaurn scheurn auffrichten.
Es ist nicht vber ein bősen nachbaurn.

76. Pr. C. 766. Viants mont sprect selden goet.
Os hostis raro loquitur bona non sibi caro.
Franck 1. 78*. Feinds mund redt niemandt wol.

77. Pr. C. 770. Voer oude scout nemtmen hauer.
Debita si vetera sint hinc capiatur avena.
Tunn. 1046. Vor olde schult nymptme wel hoy vnd stroe.
Stramine vel foeno solvuntur debita prisca.
Franck 1. 78*. An alter oder vngewisser schuld nimpt man haberstro.

78. Franck 1. 78*. Das alter wünscht iederman/ vnd so es kompt/ so haßt mans.
Es ist niemandt gern alt/ vnnd wil yederman alt werden.

79. Fabri de Werdea, n. 22. v. 53.
Franck 1. 2*. Was thůt der Esel mit der sack pfeifen?

**80.** Non facile aedificat sumptuosas domos amator pulchrarum mulierum: Nam maximum sumptum requirit talis tractatio.

**81.** Nihil delirius tradit esse antiquitas sene amatore; uti ego Triumpho meo Venereo optime expressi, et Phaedra Ovidiana:

*Venit amor gravius, quo serius urimur intus.*

**82.** Eadem tradit antiquitas, Senectutem non repellere solere stultitiam; hoc est: ex multitudine annorum multos nihilominus non abiicere stultitiam. In eandem sententiam dicit Menander:

*Πολιὰ χρόνου μήνυσις, οὐ φρονήσεως.*

hoc est, *Canities temporis indicium, non prudentiae.*

**83.** Et alio proverbio dicimus: Senes, si convaluerint in stultitia, multo esse aliis stultis stultiores.

---

80. Fabri de Werdea, n. 17. v. 41.
Franck 1. 78*. Bůler bawen selten hohe heußer.

81. *Antiquitas.* Menander Monost. 90.
*Γέρων ἐραστὴς ἐσχάτη κακὴ τύχη.*
Ceterum eandem sententiam Bebelius in carmine quodam ad finem libri secundi Facetiarum p. 86* hoc expressit versu:
*Sunt furiosi etenim cuncti in amore senes.*
*Ovidius.* Heroid. IV. 19. — Adde Amor. I. 9. 3.
*Quae bello est habilis, Veneri quoque convenit, aetas:*
*Turpe senex miles, turpe senilis amor.*
Fabri de Werdea, n. 47. v. 119.

82. *Menander.* Monost. 705.
Fabri de Werdea, n. 74. v. 187.
Agr. 674. Alter schadet zur torheyt nicht.
Tapp. 28. *Lupus pilum mutat, non mentem.* (Erasm. III. 3. 9.)
Das alter schadet zur torheyt nit.
Franck 1. 78*. Es hilfft keyn alter für torheyt.

83. Franck 1. 78*. Alt narreu so sie gerathen / sind besser narren dann andere narren.

**84.** Difficillima dicitur esse custodia mulierum: adeo ut mille pulices ex proverbio facilius contineantur in uno loco, quam castitas unius mulieris pravae et libidinosae.

**85.** Ille audit gramina crescere; dicitur in eos, qui sibi prudentissimi videntur.

**86.** Si vis domum tuam puram et immaculatam habere, caveas a columbis et sacerdotibus.

**87.** Dicitur item, Non recipiendos in domum: iuniorem sacerdotem, vetulas simias, et feras immansuetasque ursas.

**88.** Quod momordit vel presbyter vel lupus, dicitur insanabile; quod morsus lupi letiferi sint, et puellae a sacerdotibus corruptae raro ad continentiam reducantur.

---

84. Tunn. 1277. Horen sijnt quaet to waren.
Difficilis nimium turpis custodia lenae.
Franck 1. 27. Weiber hůten. Einer wannen vol flöh hůten.

85. Tapp. 34*. *Scit quomodo Iupiter duxerit Iunonem.* (Erasm. IV. 4. 23.)
Er hőrt auch das graß wachsen.
Fr. 1. 78*. Er hőrt die flöh hůsten / das graß wachsen.

86. Tunn. 1275. De syn huys wil hebben reyn, de hode sych vor papen vnd duuen.
Cui mundata domus, mysten pellatque columbas.
Agr. 320. Wer wil haben eyn reynes hauß / der laß Pfaffen / Münch vnd tauben drauß.
Franck 1. 79. Wer sein hauß wil habenn sauber / hůt sich vor pfaffen vnd tauben.

87. Franck 1. 79. Alt affen / Jung Pfaffen / Vngezempte bern / Sol niemandt in sein hauß begern.

88. Tunn. 1278. Het is quaet to helen dat der wullef offt pape bijt.
Presbyteri atque lupi dens insanabilis extat.
Franck 1. 79. Was ein wolff odder ein pfaff anwendt / das laßt nit nach / vnd thůt selten gůt.

P. 108.

**89.** Dicitur a nostris: Tempus habere honorem; hoc est: optimum esse et honorificum quaeque suo tempore fieri. Inde optime dicit sapientissimus ille philosophus et fabulator Aesopus Phrygius: Πᾶν τὸ *παρὰ καιρὸν δρώμενον ἐπονείδιστον*, id est, *Omne extra tempus factum reprehensibile.*

**90.** Audivi olim a sene dici, qui me ad cultum divinum hortabatur: Noli peccare, Deus videt, Angelus adstat, Diabolus accusat, Mors minatur, et Inferi cruciant.

**91.** Oculus domini facit equos pingues; hoc est: bene procedit res familiaris et crescit, si dominus curam habuerit. Hinc optime praecipit Chilon: Τῆς *ἰδίας οἰκίας προστάτει*, id est, *Propriae domui praesis.*

---

89. *Aesopus.* Fabul. Planud. 78.
Fabri de Werdea, n. 28. v. 72 et n. 56. v. 143.
Tunn. 1064. De tijt hefft eer.
Omnia tempus habent; conservat tempus honorem.
Agr. 393. Zeyt hat ehre.
Franck 1. 79. Zeit hat ehr.

90. Tunn. 1279. Wyl nicht sundigen, Godt suydet.
Ipse cave pecces, cernit Deus, angelus astat.
Franck 1. 79. Biß fromm/ Got sihets.

91. *Chilon.* Huius nomine hoc praeceptum retulit Demetrius Phalereus in VII Sapientum Apophthegm. quae servavit Stobaeus Floril. T. 3. 79. γ. (in Fragm. Philosoph. Graec. ed. Mullachio, p. 212.) idemque significat Diogenes Laert. I. 3. 70. ubi Chilonem facit docentem *Μανθάνειν τῆς αὐτοῦ οἰκίας προστατεῖν.*
Fabri de Werdea, n. 86. v. 217.
Pr. C. 387. Heeren oghen maken schone peerde.
Lux domini pulchrum facit ornatumque caballum.
Ex visu domini fit pulchritudo caballi.
Tunn. 574. Heren oughen maechen schone perde.
Ex domini visu celeris fit forma veredi.
Franck 1. 18. Des herrn auge macht das vihe feyßt.

**92.** Coactus amor et rubor faciei frictus manibus, nihil valent neque durant.

**93.** Omnis annulatus, aut stultus aut praelatus; ut ita loquar cum vulgo: aut aliquando utrumque, ut dixit Magister Iacobus Hesso ad quemdam abbatem.

**94.** Nulli consulendum est, (ut volunt seniores nostri) ducere uxorem, transmarinam facere peregrinationem et sequi militiam: quoniam eorum eventus dubius est et incertus.

**95.** Homo non est ex fronte solum diiudicandus; hoc est: non possumus hominem cognoscere solum ex rebus externis et facie: quid enim in animo eius lateat, nescimus: multi enim, summam pravitatem occultantes, summam probitatem effingunt in facie. Idem dicit Iuvenalis in secunda Satira:

*Fronti nulla fides.*

**96.** Velox consilium saepe dolor ac poenitentia sequitur; quare *omnia, priusquam aliquid statuas, libranda sunt*, ut dicit Apuleius.

---

92. Fabri de Werdea, n. 57. v. 145.
Pr. C. 113. Bedwonghen liefde ende gemaecte verwe gaen zaen af.
Decrescit factus color atque amor ipse coactus.
Tunn. 194. Gegolden leiffde vnd roede duren nicht lange.
Emptus amor, vultusque rubor durare nequibunt.

93. Tunn. 134. De rynge dragen, synt gecken off prelaten.
Annulum (l. Annellum) gestans est stultus sive decanus.

95. *Iuvenalis* Sat. 11. 8.
Fabri de Werdea, n. 123. v. 303 et n. 183. v. 429.
Agr. 27. Man sol ein nicht halten / wie man yhn ansiet.
Tapp. 158. *Saepe etiam est holitor valde opportuna locutus.* (Erasm. I. 6. 1.)
Man soll eynen nit halten / wie man jn ansihet.

96. *Apuleius.* In huius scriptis istam sententiam non meliori suc-

**97.** Caeci hoc vident: Lapides loquuntur: Canes in macello produnt: Hoc tympanis pueri canunt; dicitur de re manifesta.

**98.** Non omni spiritui credas. Pittacus: Μὴ πᾶσι πίστευε, id est, *Ne omnibus crede*. Pro eodem Menander:

Μὴ πάντα πειρῶ πᾶσι πιστεύειν ἀεί,

id est, *Non omnia conare omnibus credere semper*.

---

cessu quaesivi quam Gesnerus in Novo linguae et erudition. Romanae thesauro v. *libro*. Melius decuerat citari notissimum illud, quod inter Publilii Syri sententias refertur:
*Deliberandum est diu, quod statuendum est semel.*

Franck I. 79. Sähem rath volgt rew vnd leyd.

97. Tunn. 945. Dat seyt wal eyn blynde.
Vel caecus videat qui nullo lumine gaudet.

Agr. 165. Es wissen die kinder auff der gassen.

Tapp. 17. *Lippis et tonsoribus notum*. (Erasm. I. 6. 70.)
Es weyß niemandt/ dann die jungen kinder vnd alten leut.

» 18*. *Vel puero perspicuum*. (Erasm. II. 1. 42.)
Es wissen auch die kinder vff der gassen dauon zu singen.

Franck II. 15. Die genß gagen dauon.
Es bellens die hunt in der stat.
Es weyß niemand dann iederman.

Franck II. 15*. Es wissen auch die kinder auff der gassen dauon zu singen.

98. *Pittacus*. Thaletis nomine hoc praeceptum Demetrius Phalereus retulit inter VII Sapientum Apophthegmata, servata a Stobaeo Floril. T. 3. 79. δ. (in Fragm. Philosoph. Graec. ed. a Mullachio, p. 213.) — *Menander*. Monost. 335.

Epist. I. Iohannis IV. 1. (*Schulze* n. 293.)

Pr. C. 494. Men en sal alle gheesten niet ghelouen.
Omni spiritui tu semper credere noli.

Tunn. 724. Men sal allen geisten nicht louen.
Omni spirituum nolito credere voci.

Agr. 22. Du solt allen geistern nicht gleuben.

**99.** Sancti non loquuntur, sed vindicant.

**100.** Lupi nullum terminum comedunt; dicitur in illos, qui multa debita contrahunt, et omnia mercantur si terminum solutionis (non promptam pecuniam dantes) impetrant.

P. 109.

**101.** Lupi nullam hiemem comedunt; dicitur in hiemem, quae solito calidior aliquod tempus durat, quoniam frigus solitum, quacunque id hora veniat, afferat.

**102.** Campus habet oculos, silva aures; dicitur quod nihil faciamus in silvis et campo (ubi homines esse possunt) quod occultum esse volumus.

**103.** Quatuor pervertunt animi iudicium:
Amor, avaritia, odium, ebrietas.

**104.** Quatuor opera tyranni:
Bonos destruunt, pauperes odiunt, malos extollunt, virtutes evertunt.

**105.** Haec tria sunt contraria, ut quidam versificatus est:

---

99. Franck 1. 79. Die heiligen reden nicht/ sie rechen aber sich nit destersweniger.

100. Franck 1. 79. Die wolff fressen keyn zil.

101. Franck 1. 79. Die wolff fressen keyn winter.

102. Tapp. 28*. *Sub omni lapide scorpius dormit.* (Erasm. I. 4. 34.)
Der busch hat oren/ das veld hat augen.
Franck 1. 79*. Das feld hat augen/ die winckel vnd wäld orn.
Franck 11. 20*. Der wald hat ohrn/ das feld augen.

103. Fabri de Werdea, n. 310. v. 637 et n. 329. v. 725.
Franck 1. 79*. Vier ding blenden das gemůt:
Lieb/ haß/ geitz vnd trunckenheyt.

105. *Quidam.* Hoc distichon, in Cod. MS. sec. XV, qui Heidelbergae servatur (Salmansweil. HS. n. 500), a se repertum,

*Cattus cum mure, duo galli simul in aede,*
*Et glores binae, vivunt raro sine lite.*

**106.** Quatuor tyrannum pellunt et regnare impediunt: Civium concordia, divitum copia, prudentum consilium, et potentum audentia.

**107.** Quatuor in paupertatem incidunt:
Prodigus, gulosus, piger, rixosus.

**108.** Quatuor facile acquirunt amicos:
Largi, mites, potentes, affabiles.

**109.** Quatuor maxime cupiunt mulieres:
Amari a pulchris iuvenibus, pollere plurimis filiis, ornari pretiosis vestibus et dominari in domibus.

**110.** Haec quatuor pervertunt omnia iudicia.
*Pinguia dona, odium, favor et timor exitio sunt*
*Iudiciis, per quae iudex corrumpitur omnis.*

---

publicavit Mone in Anzeiger f. Kunde des deutsch. Mittelalters, 3er Jhrg. (1834) p. 31. 7.

Franck 1. 79*. Drei ding findt nimmer eins im hauß/
Zwen hanen/ die katz mit der mauß.
Die schwiger iagt die schnůr auß.

106. Franck 1. 79*. Vier ding vertreiben einn Tyrann:
Der Burger eynigkeyt/ vil man/
So recht zusamen setzen thůn.
Der weisen rath gehört auch daran.
Vnd sos der mechtig wagt gar kůn.

107. Franck 1. 79*. Vier ding lassen dir armůt zletz/
Verthon/ faul/ fressig/ habermetz.

109. Franck 1. 79*. Vier ding wöllen all weiber hon/
Vil kind/ groß gůt/ vnd schöne man/
Herschen im hauß vmb můssig gon.

110. *Pinguia dona* cet. Ex quonam poeta hoc distichon sumptum sit, indicare non potui.

P. 110.

**111.** Aliud.

Vulnus vetus non est resecandum, vel, rursus aperiendum; hoc est: vetera odia non sunt resuscitanda.

**112.** Aliter dicitur: Veterem cicatricem non esse refricandam.

**113.** Dicitur item: Vetera vulnera non facile sanantur omnino; hoc est: vetus odium facile resumitur.

**114.** Aliud.

Nemo est cui non dulcis honor. Ad hoc dicit Tullius: *Omnes laudis studio trahimur, et optimus quisque maxime gloria ducitur.* Et Persius Satira prima:

*An erit qui velle recuset*
*Os populi meruisse?*

Et Valerius Maximus: *Nulla est tanta humilitas, quae dulcedine gloriae non tangatur.*

---

Tunn. 1280. Haet, drunkenschap, gunste vnde golt corrumperen dat recht.
Iudicium frangunt odium, ebrietas, favor, aurum.
Franck 1. 79*. Vier ding verkeren alle gericht/
Gab/ haß/ gunst vnd forcht sollen nicht.

111. Franck 1. 79*. Schlaffend hund sol niemandt wecken.

112. Tapp. 193*. *Refricare cicatricem.* (Erasm. I. 6. 80.)
Die alten schaden sol man nit wider auffkratzen.

113. Pr. C. 581. Oude veede wort lichteliiken verniewet.
Lites praeteritae facile fiunt renovatae.
Tunn. 823. Olt kijff vorheuet sich balde.
Lites praeteritae facile renovantur et ira.
Tunn. 1094. Olde wunden open sich weder lichuerdich.
Prisca recrudescunt facile mihi vulnera crede.
Franck 1. 87. Alt feindtschafft würt offt new.

114. *Cicero* pro Archia c. 11. 26. — *Persius* Sat. I. 55. — *Valerius Maximus* VIII. 14. 5.

**115.** Aliud.

Dandum est, ut cras ipsi non egeamus. Ita dicit Seneca de Beneficiis: *Dabo egenti, sed non ut ipse egeam: succurram perituro, sed non ut ipse peream.*

**116.** Aliud.

Fortuna est rotunda; hoc est: inconstans est et facile mutatur. Ita dicit Cicero libro secundo de Natura Deorum: *Fortuna amica varietati, constantiam respuit.* Similiter Menander:

Στρέφει δὲ πάντα τὰν βίῳ μικρὰ τύχη,

hoc est: *Permutat autem omnia in vita parva fortuna.*

**117.** Aliud.

Qualis homo, talis sermo. Huic suffragatur Menander:

Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται,

id est: *Viri character ex sermone dignoscitur.*

---

Fabri de Werdea, n. 366. v. 799.

Franck 1. 79*. Ehr vnd gelt/ treibt alle welt.
Gelt vnd die eitle ehr/
ist ein vrsach aller leer.

115. *Seneca* de Benef. II. c. 15. 1.
Tunn. 1300. Men sal so geuen, dat me ock seluen wat behalde.
Sic dandum, non ut nobis cras munera desint.
Franck 1. 80. Gib das du morgen auch zu geben habest.

116. *Cicero* de N. D. II. c. 16. 43. — *Menander* Monost. 712.
Tunn. 1301. Holt dich an dye dogede; dat gelucke ys runt.
Fidito virtuti semper; fortuna rotunda.
Franck 1. 80. Das glück ist sinwel. — Das glück rad geht vmb.
Das glück ist ein freund der vnbleiblichen ding/ vnd kan nit still stehn/ sonder des glücks rad fürt einn auff/ den andern ab.

117. *Menander.* Monost. 26.
Iesus Sirach XXVII. 8. (*Schulze* n. 165.)

**118.** Aliud.

Fama, fides, oculus non patiuntur iocum.

**119.** Aliud.

Tam acceptus es, quam scropha in domo Iudaei; dicitur de illis, qui sunt ingratissimi.

P. 111.

**120.** Aliud.

Omnis lupus magnus; hoc est: timor omnia maiora fingit.

**121.** Dici item solet: Nunquam vidi parvum lupum; diciturque de timidis.

**122.** Aliud.

Qui dehonestat mulieres, senes et sacerdotes, vel eorum famae detrahit, nunquam publicam infamiam evitabit.

**123.** Aliud.

Nunquam in senium veniet contemptor senectutis.

---

Tunn. 1302. Als dat herte dencket, so spreckt de munt.
Qualis homo, profert tales e pectore voces.
Tapp. 15. *Qualis vir, talis oratio.* (Erasm. I. 6. 50.)
Den Esel kennt man bei den oren/
Vnd bei den worten die thoren.

118. T. 1304. Gerochte, geloue vnde ogen, mogen neyn iocken lyden.
Fama, fides, oculique iocum tolerare recusant.
Franck 1. 80. Ehr/ glaub/ vnd ein aug leyden keynn schertz.

119. Tunn. 1305. He ys so wal entfangen als de soge in dat Joden huis.
Tam gratus populo, tristi quam porcus apellae.
Franck 1. 36. Ein saw in einer Juden schůl.

120. Tunn. 502. Dat geruchte ys al groter, dant in der warheit ys.
Fama quidem vero maior plerumque volucris.
Franck 1. 81. Vil jagen den bern/ nyemandt aber wil jn stechen.

122. Franck 1. 80. Der weiber/ priester/ vnd dz alter nit in ehrn hat/ den schendt got.

Ideo dicit Chilon, unus ex septem sapientibus: Πρεσβύτερον σέβου, id est, *Seniorem honora et venerare.* Multo pulcherrime dicit Phocylides:

Πρέσβυν ὁμήλικα πατρὸς ἴσαις τιμαῖσι γέραιρε,

id est, *Senem coaetaneum patris aequis honoribus venerare.*

**124.** Aliud.

Alterius litteras, crumenam et abacum ne inspicito.

**125.** Aliud.

Lusor est: aut dives, aut multum laborans, aut fur.

**126.** Aliud.

Facilius omnes aliis consilia damus, quam nobis

---

123. *Chilon.* Legitur huius praeceptum in Demetrii Phalerei Apophthegm. VII Sapientum apud Stobaeum Floril. T. 3. 79. γ. (in Fragm. Philosoph. Graec. ed. Mullachio, p. 212.) idemque videtur, quod non nominato auctore a Sosiade in VII Sapientum Praeceptis apud Stobaeum Floril. T. 3. 80. (in Fragm. Ph. Gr. ed Mull., p. 218.) sic scribitur: Πρεσβύτερον αἰδοῦ. *Phocylides* Elegiar. Reliq. v. 222.
Tunn. 1306. De den olden versmadet, selden wort he olt.
Longaevos spernens senium tetigisse nequibit.
Franck 1. 80*. Wer das alter in ehrn hat/ würt alt.

124. Tunn. 1308. Ander lude breue, budels vnd tafelen en sal me nycht an seyn.
Alterius chartas, loculum, non inspice, mensam.
Tunn. in Peroratione v. 15 (ad finem libri.)
Alterius chartas, abacum simul atque crumenam
Non animadvertas, si pius esse velis.
Franck 1. 80*. Vmb frembde brieff/ beutel oder seckel/ und geheym bůch sol sich keyner bekümmern.

125. Tunn. 1150. Eyn speler moyt syer rijck syn, offt deyff, offt vele arbedende.
Aleo vel dives, vel fur, multumve laborans.
Franck 1. 80*. Ein spiler ist entweder reich/ arbeytsam/ odder ein dieb.

126. *Terentius.* Andr.II.1.8. Cf. Erasm. Ad.I.6.68. *Facile cum valemus cet.*

ipsis; ut et Terentius dixit: *Facile omnes, cum valemus, aegrotis consilia damus.*

**127.** Aliud.

Voluntario nihil difficile.

**128.** Diescit, quandocunque Deo placuerit. Ita dicit Menander:

Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις,

id est, *Deo volente etiam salicum fasciculis navigarés*, vel melius: *Deo favente naviges vel vimine.*

**129.** Aliud ex carmine nostro.

*Omnibus humanis (placeat) conatibus obstat*
*Sors vaga, cunctorum vanaque vota facit.*

**130.** Aliud.

Vulpes est et lepus; dicitur de homine callidissimo et astutissimo, qui astutiam habeat vulpis, velocitatem leporis, egregiamque evadendi artem atque diverticula.

---

Tunn. 1219. Eyn kan den anderen beter raden dan sych sulues.
Rectius aegrotis, prave sibi, consulit omnis.
Franck 1. 80*. Wir könden all anderen baß rathen/ dann vns selbs.

127. Franck 1. 80*. Der will thůt vil.

128. *Menander*. Monost. 671.
Tunn. 1309. Wan Got wyl, so dagedet.
Quandocunque Deo miti placet, ecce, diescit.
Tapp. 186. *Deo volente vel vimine navigabis.* (Erasm. ?)
(*Agrippin.*) Hette ich gluck vnd gůydenn windt/ so föhre ich auch wol mit einem schottelkorff över Rhynn.
Franck 1. 80*. Wans Got gefelt/ so wirt es tag.

130. Tapp. 117. *Polypi mentem obtine.* (Erasm. I. 1. 93.)
Du můst fuchs vnd haaß sein.
Franck 1. 80*. Er ist ein fuchs vnd haß.
Er hat verstandts genůg/ wann ers wagen dörfft.
Franck 1. 87. Du můst fuchs vnnd hase sein/
weiß vnd schwartz können.

P. 112.

**131.** Mendicando nemo fit pauperior, sed ingratior. Unde Menander:

Πενία δὲ ἀγνώμονάς τε τοὺς πολλοὺς ποιεῖ,

hoc est, *Paupertas autem ingratos* vel *perfidosque, multos facit.*

**132.** Aliud.

Paupertas cum dolore fertur. Nos expressius dicimus: „Armut we thut." Menander:

Οὐδὲν πενίας βαρύτερόν ἐστι φορτίον,

hoc est, *Nullum paupertate gravius est onus.* Et alibi:

Πενίαν φέρειν καὶ γῆράς ἐστι δύσκολον,

id est, *Paupertatem ferre et senectam est difficile.*

**133.** Sic a nobis dicitur: Senectus nullo cum commodo venit; sic: „Alter kompt mit kainer tugent," id est expressius: Senectus venit sine virtute. Ad hoc dicit Menander:

Μακρὸς γὰρ αἰὼν συμφορὰς πολλὰς ἔχει,

id est, *Longum enim aevum calamitates multas habet.* Et Apollodorus: Τὸ γῆρας αὐτὸ νόσημα, id est, *Senectus ipsa morbus.*

---

131. *Menander.* Monost. 227.
Franck 1. 80*. Betlen verdirbt niemandt/ man wirdt aber sein vnwerdt.

132. *Menander.* Monost. 450. -- *Alibi.* Menander Monost. 461.
Franck 1. 80*. Armůt wee thůt.
Arm vnnd alt sein ist ein schwere bürd/ es were an eim gnůg.

133. *Menander.* Monost. 351. — *Apollodorus.* Huius verba citantur a Donato ad Terentianum *Senectus ipsa est morbus* (Phorm. IV. 1. 9.) Cf. Apollodori Carystii fragm. fab. Epidicazom. VII. in Fragm. Comic. Graec. ed. Meineke, p. 1106.
Fabri de Werdea, n. 243. v. 553.

**134.** Aliud.

Omnia postremo ad diem et lucem venient. Menander:

*Ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος,*

id est, *Ducit autem ad lucem veritatem tempus.* Multae sunt ad hanc rem sententiae ex Gellio et aliis et Sacra Scriptura.

**135.** Aliud.

Verba nullo pretio emuntur; dicitur de fictis amicis, qui verba liberaliter dant, sed rem nullam.

**136.** Aliud.

Dicere solent apud nos homines fallaces, vel qui

---

Franck 1. 80*. Das alter kompt mit mancherley.

All tag findt sich etwas newes/ ein new vnglück/ wee biß in todt.

Drumm wirt das alter von jm selbs ein plag vnd kranckheyt genent.

134. *Menander.* Monost. 11. — *Multae sententiae*, quae huc pertinent, ab Erasmo congestae sunt ad Adagium *Tempus omnia revelat* (II. 4. 17.) in quibus sunt Sophocl. Aiac. 646. Pindar. Olymp. X. 66. Livius XXII. c. 39. 19. Seneca de Ira II. c. 22. 3.

*Gellius* haec habet N. A. XII. 11. *Alius quidam veterum poetarum, cuius nomen mihi nunc memoriae non est, Veritatem Temporis filiam esse dixit.*

Ex *Sacra Scriptura* huc referri poterunt quae leguntur apud Matth. X. 26. quibus adde Marc. IV. 22. Luc. VIII. 17. (*Schulze*, n. 207.)

Fabri de Werdea, n. 199. v. 465.

Tapp. 241. *Veritatem tempus in lucem eruit.* (Erasm. II. 4. 17.)

Die warheyt kompt ye mit der zeit an den tag.

Franck 11. 133*. Dann zuletzst kompts alles ann tag.

135. Tunn. 1313. Allene worde werden gekoefft sunder gelt.

Praeter verba nihil sine re mercatur in orbe.

Franck 1. 80*. Wort darff man nit kauffen.

verba verbis deludunt: Quid nocet bonum verbum ex falso corde?

**137.** Aliud.

Si pater meus carnifex esset et mater scortum vulgare, nihilominus, si habeo nummos, sum gratus, acceptus et honoratus.

P. 118.

**138.** Aliud.

Agri fusci, ut ita dicam, optimas dant fruges; hoc ideo dicitur, quod pulchritudo non semper lucrosa sit; eos autem vel eas saepe utiliores, quae non sunt pulchrae omnino.

**139.** Aliud.

Dum caput aegrotat, omnia alia membra dolent.

---

136. Fabri de Werdea, n. 45. v. 115 et n. 46. v. 117 et n. 202. v. 471.
Tunn. 1312. Wat hindert eyn boyrdich wordt gesprochen?
Quid nocet ex animo verbum dixisse iocosum?
Franck 1. 80*. Was schadt ein gůt wort auß eim falschen hertzen?

137. Tunn. 1314. Walkomen ys he, de gelt hefft.
Nummosus gratus, genitus sit pellice quamvis.
Tapp. 11*. *Generosus es ex crumena.* (Erasm. II. 8. 27.)
Bistu hůr oder dieb/
Hastu geldt/ so bistu lieb.
Franck 1. 81. Wer dein můtter ein hůr/ der vatter ein dieb/
noch hetstu gelt/ so werest lieb.

138. Tunn. 1315. Bruyn swaert lant drecht guet korne.
Fuscus ager fructus et farra ministrat opima.
Franck 1. 81. Braun åcker die besten.

139. Pr. C. 33. Alst hooft zweert, droeuen al die leden.
Cum doleo capite, tunc membra dolent mea quaeque.
Tunn. 66. Als dat houet kranck ys, so ys dat hele lycham kranck.
Quando caput languet, tristantur quilibet artus.
Tapp. 194*. *Piscis primum a capite foetet.* (Erasm. III. 2. 97.)
Wann das haupt kranck ist/ so trawren alle glider.

**140.** Aliud.

Cui fortuna favet, ille sponsam abducet; dicitur in potentiam fortunae, de qua nunc plura diximus.

**141.** Aliud.

Nihil supra bonam valetudinem. Menander:

Οὐκ ἔσθ' ὑγιείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ,

id est, *Non est valetudine*, vel *sanitate*, *praestantius aliquid in vita.*

**142.** Aliud.

Felix est, qui est sine tentatione. Menander:

Τὸ ζῆν ἀλύπως ἀνδρός ἐστιν εὐτυχοῦς,

id est, *Vivere sine tristitia viri est fortunati.*

**143.** Bonum est nihil negotii et rixarum habere cum infelicibus. Menander:

Ἐπ' ἀνδρὶ δυςτυχοῦντι μὴ πλάσῃς κακόν,

id est, *In virum infelicem ne obiicias malum.* Iuvenalis:

*Curandum in primis ne magna iniuria fiat*
*Fortibus et miseris.*

---

140. T. 1292. Dempt gelucke gunt, de geit myt der bruyt to bedde.
Cui sors arridet, sponsae concumbit amicae.
Franck 1. 76*. Wer das glück hat/ fürt dbraut heym.

141. *Menander*. Monost. 408.
Iesus Sirach XXX. 15. 16.
Fabri de Werdea, n. 90. v. 231.

142. *Menander*. Monost. 509.
Agr. 206. Ich lobe ein gut hausgemach.
(*Ausl.*) Denn der ist reich/ welcher gute ruhe hat/ vnd lest yhm genügen.
Tapp. 105. *Domus recta*. (Erasm. IV. 5. 3.)
Ich lobe eyn gůt hauß gemach.

143. *Menander*. Monost. 145. — *Iuvenalis* Sat. VIII. 121.
Franck 1. 81. Es ist gůt vnglückhafftiger leut müssig gon.

**144.** Ille pediculis calceos faceret, vel indueret; dicimus de illis, qui sibi ipsis prudentissimi et acutissimi videntur.

**145.** Aliud.

Ut canis ad lunam latras; id est: frustra conaris et laboras.

**146.** Aliud.

Magnus labor est cani lectum sternere; quoniam saepius hinc inde se vertit.

**147.** Amabilem te facis, ut canis ollas frangens; dicitur ad ineptos et aliqua re invisos se facientes.

**148.** Aliud.

Cavendos esse traditur: Italum rufum, album Francigenam, et nigrum Alemannum.

P. 114.

**149.** Aliud.

Haec duodecim omne malum pariunt: Senectus sine sapientia, Prudentia sine opere, Dominatus sine famulatu, Superbia sine divitiis, Divitiae sine honore, Nobilitas sine virtute, Populus licentiosus et sine correctione, Civitas sine legibus, Potestas seu magistratus sine clementia, Adolescentia sine timore, Mulier sine pudore, Vita religiosorum sine pace. Haec, inquam, nihil omnino valent, nec ullius frugis bonae sunt.

---

144. Tapp. 34*. *Scit quomodo Iupiter duxerit Iunonem.* (Erasm. IV. 4. 23.) Er solt billich den leusen die schůch anthun.
Franck 1. 79. Er kan einer ieden lauß ein steltzen machen.

146. Tunn. 1284. Dem hunde ys quaet dat bedde maken.
Maximus est sudor dromadi consternere lectum.

148. Franck 1. 81. Hůt dich vor eim rothen Walhen / weissen Frantzosen vnd schwartzen Teutschen.

**150.** Aliud.

Si quis ad vigesimum usque annum non formosus factus fuerit, ad trigesimum robustus, ad quadragesimum prudens, ad quinquagesimum dives: ille non facile speret se post assecuturum illa.

**151.** Aliud.

Ea mulier omnibus dotibus naturae et formae praedita est, quae habeat caput ex Praga, ubera ex Austria, ventrem a Gallia, dorsum ex Brabantia, ex Colonia Agrippina alba crura et manus, pedes a Rheno, pudibunda ex Bavaria et nates ex Suevia; et sic perfecte formosa erit, quod variae sint dotes naturae variis in locis et regionibus.

**152.** Ad idem.

Haec mulier perfecte formosa erit, quae habuerit: tria dura, tria mollia, tria brevia, tria longa, tria nigra, tria alba, tria rubra. Dura sunt: duo ubera et podex seu nates. Mollia: duo manus et venter. Longa sunt: duo latera et digiti. Brevia: duo pedes et nasus. Nigra: duo oculi et cunnus. Rubra: duo genae et os seu labra. Alba: crura et cervix.

---

150. Agr. 296. Wer vor zwentzig jaren nicht hůbsch wird /
Vnd vor dreissig jaren nicht starck /
Vor viertzig jaren nicht witzig /
Vor funffzig jaren nicht reich /
An dem ist alle hoffnung verloren.

Franck 1. 81. Der in zwentzig jaren nit würt schon /
Dreissig jar nit starck vnd wol gethon /
Viertzig jar nit weiß / fünfftzig nit reich /
Der siht jm nacher nymmer gleich.

**153.** Aliud.

Dicunt nostri: Christus noster deus noluit habere fratrem; et propter hoc dicunt, quod maximae saepe discordiae et capitales oriantur inter fratres facili ex causa, dum vel in una domo cohabitant, vel super hereditate dividenda rixantur.

P. 115.

**154.** Aliud.

Dicitur in eos, quos stultos esse volumus: Si tam similis esses lepori quam stulto, iam olim esses a canibus discerptus.

**155.** Aliud.

Sub tribus istis contentiosis, praefecto pagi vel urbis, itemque domino proprio, et paraeciano, non facile sumptuosas et magnificas domos erigere possumus.

**156.** Quatuor illa revocari non possunt:

Iuventus, tempus, verbum prolatum, et virginitas.

---

153. Matth. XII. 48. Marc. III. 33.

154. Tapp. 89. *Non tam ovum ovo simile.* (Erasm. I. 5. 10.)
Wer er eynem hasen so ånlich als eynem narren/ die hund hetten yhn lang zurissen.
Franck 1. 81. Sehest eim hasen so gleich als eim narren/ du kemest nit über den marckt/ die hund zerrissen dich.
Franck 11. 73*. Were er einem hasen so enlich als einem narren/ die hunt hetten jn lengst zerrissen.

155. Pro *paraeciano* (in aliis edit. *paretiano*) scribendum erit *paroeciano;* sic scilicet vocatur is qui ex alicuius Episcopi aut Presbyteri *paroecia* est, q. d. districtus s. territorium; quae vox nunc quidem, sed minus recte, *parochia* scribitur.

**157.** Quinque sunt quae perturbant rempublicam:
Falsus iudex in consistorio, fraudulentus mercator in foro, sacerdos avarus in templo, pulchrum scortum in prostibulo, in aulis principum adulatio.

**158.** Tres displicent Deo et hominibus:
Pauper superbus, dives mendax, et senex amator.

**159.** Haec tria pervertunt regna et urbes:
Amor rei privatae, consilia iuvenum et simultas civium.

**160.** Haec sunt quae maxime homines decipiunt.
Ex nostris carminibus.

*Decipiunt multos (ut nos docuere parentes)*
*Et favor haud durans principis atque ducum:*
*Et muliebris amor: nec non Aprile serenum,*
*Labile vel folium, quod, rosa pulchra, geris.*
*Nisus et accipiter multo discrimine equusque*
*Tractantur: saepe et tessera vota negat.*

P. 116.
**161.** Fames pellit lupum ex silvis.

---

158. Iesus Sirach XXV. 3. 4. (*Schulze*, n. 162.)
160. Agr. 281. Weiber gemüt/ Herrn gunst/
Aprillen wetter vnd fedderspiel/
verkeren sich oft/ wer es mercken wil.
Franck 1. 77*. Herrn gunst/ frawen lieb/ vnd rosen bleter/
verkern sich wie Aprillen wetter.
161. Pr. C. 391. Hongher drijft den wolf uten bosche.
Quod lupus est fugiens nemus, hoc facit esuriens dens.
Tunn. 540. Hunger dryfft den wolff vth dem woelde.
Esuriem patiens silvam lupus exit opacam.
Tapp. 93. *Viro esurienti, necesse furari.* (Erasm. III. 5. 65.)
Der hunger treibt den wolff auß dem bussche.
Franck 11. 75. Der hunger treibt den wolff ins dorff.

**162.** Qui nescit prodesse, saepe tamen nocet.

**163.** Rumor non sine mendacio; vel, medium mendacium, ut alii dicunt.

**164.** Infortunati optime audiunt.

**165.** Crus sentit, dum in baculo equitamus.

**166.** Vitulus sequitur vaccam: filia matrem.

**167.** Nobilis est, qui nobiliter et honeste operatur.

---

162. Pr. C. 395. Hi hindert wel die niet ghebaten en can.
Ille nocet facile qui nescit valde prodesse.
Tunn. 546. Sy hynderen wael vake, die nicht baten moghen.
Officiunt crebro, nunquam prodesse valentes.

163. Pr. C. 398. Hooren segghen es half ghelogben.
Est medium nugae, quod ab auditu loquor ipse.
Tunn. 549. Horen segghen ys halff gelogen.
Auscultata ferens solum, mentitur aperte.

164. Pr. C. 689. Tongelucke hoort nauwe.
Aures non claudit mala sors: velociter audit.
Tunn. 962. Dat ongelucke suyt vnde hort nouwe.
Sors adversa nimis caute speculatur et audit.

165. Pr. C. 694. Tkost al been datmen tstocke rijt.
Si baculus sit equus, tunc sentiet undique vae crus.
Tunn. 965. Wan mē̃n rijt vp steuen, dat tasten die bene.
Crura dolent, si quis baculis equitaverit usque.
Franck 1. 81. Die schenkel empfindens wol / so man auff stecken reit.

166. Pr. C. 696. Tkalf volcht der koe.
Quod vaccam vitulus comitetur, mos iubet et ius.
Tunn. 967. Dat kalleff volget der koe.
Vaccam subsequitur vitulus, tonsamque bidentes.

167. Pr. C. 401. Hi es edel die edel wercken doet.
Nobilis est ille quem nobilitat sua virtus.
Nobiliter vivens et agens, haec nobilis est gens.
Tunn. 553. Edel ys he die edel wercken doet.
Quem sua nobilitat virtus, hic nobilis extat.
Tunn. 1253. Edelheit kumpt van guden wercken.
Nobilitas oritur nunquam sed fit probitate.
Tunn. 1285. Edel vnd salich ys de wael doet.
Nobilis et felix solus qui fecit honesta.

**168.** Duo viri sunt uno robustiores.

**169.** Multa sunt verba, quae non dignantur responsione.

**170.** Viles homines sunt, qui pro re vili rixantur.

**171.** Ad daemonem deterrendum horribili voce opus est; hoc est: pravi homines non facile deterrentur.

---

168. Erasm. Ad. V. 2. 30. *Uni cum duobus non est pugnandum.*
Pr. C. 703. Twee mannen sijn altoos eens mans here.
Omni fine soli dominantur ibi duo soli.
Tunn. 41. Twe moghen alle tzyt meer dan eyn.
Vincit et Alciden vegeto cum Gaspare Paulus.
Tunn. 332. Twe moghen meer dan eyn.
Non unus tantum, quantum duo, viribus audent.
Tunn. 1003. Twe manne sijnt alle wege eyns mannes heer.
Herculeos artus facile et duo vincere possunt.
Tapp. 205*. *Ne Hercules quidem adversus duos.* (Erasm. I. 5. 39.)
Zwen vermögen mehr dann eyner.
Zwen menner seind eyns mans herr.

169. Pr. C. 705. Tsijn veel woerden die gheen antwoerde en hebben.
Saepe carent multa responsis verbula stulta.
Tunn. 1004. Men sal vp alle vrage nicht antwaren.
Danda quidem non est responsio multa roganti.
Agr. 212. Es gehöret auff alle wort kein antwort.
Franck 1. 81. Ein offentlich lug / ist keyner antwort werdt.
Keyn antwort ist auch ein antwort.

170. Erasmus Ad. I. 3. 53. *De lana caprina rixatur* (ex Horat. Ep. I. 18. 11.) De morosis in amicitia, qui quantumlibet frivola de causa litem cum amico suscipiunt.
Pr. C. 706. Tsijn al katiuen, die om een luttel kiuen.
Quisquis rixatur modico, vilis reputatur.
Tunn. 1005. Het ys eyn slym mensche de kifft vmme schijtfoer.
Vilis homo lana qui corrixatur aselli.

171. Pr. C. 403. Hi moet anxtelike ghebeeren, die den duuel sal verueeren.
Se det terribilem qui vult inferre timorem.
Horrida voce sonet si quis daemonia terret.
Tunn.556. He moet greselich geberen, die den duuel wyl verueren.
Daemona pulsurus utetur voce maligna.
Franck 1. 81*. Der den teufel schrecken wil / muß laut schreien.

**172.** Mala gallina, quae vicinis ova parit.

**173.** Socrus non vult meminisse, se nurum fuisse.

**174.** Ille manet cum viro, ut lepus cum cane; hoc de timidis dicitur.

**175.** Frustra iacitur rete ante veterem cornicem; hoc est: astutos et expertos haud facile decipiemus.

**176.** Ut pater, ita filius: ut mater, ita filia.

---

172. Pr. C. 707. Tsijn quade nennen die veel buten legghen.
Est gallina mala quae vicinis parit ova.
Tunn. 1287. Het ys eyn qwade henne, die den nabers eyer brenckt
Quid gallina valet vicinis ova ministrans?
Franck 1. 81*. Es sind böß hennen die auß legen.

173. Pr. C. 709. Ten wil gheen swagher weten, dat sijn sweer gheweest es.
Non vult scire socrus, quod fuit ipsa nurus.

174. Pr. C. 415. Hi bliuet biden man als die hase biden honden.
Sic adstat socio sicut lepus ille molosso.
Tunn. 590. He steyt bij synem gesellen, als der hase bij dem hunde.
Assistit socio, veluti lepus ipse molossis.
Tapp. 77. *Aliud stans, aliud sedens.* (Erasm. III. 3. 56.)
Er bleibt bei seinen worten/ wie eyn hase bei seinen jungen.
Franck 11. 180. Er besteht bei den gesellen/ odder warhet/ wie ein hase bei den hunden/ oder bauckeln.

175. Proverbia Salomonis I. 17.
Pr. C. 417. Hi sprayt sinen net voer enen ouden craen.
Expertique senes capiuntur raro volucres.
Tunn. 592. Alde kreyen synt quaet tzo vanghen.
Annosae frustra cornici retia tendis.
Franck 1. 81*. Alt wachteln sind böß zufahen.

176. Ezechiel XVI. 44.
Pr. C. 421. Hoe die vader, so es die sone: hoe moeder, so dochter.
Filius ut patri simulatur filia matri.
Tunn. 607. Die soen slecht na dem vader, die dochter na der moder.
Est patri soboles et nata simillima matri.

**177.** Fatuus eo stultior, quo diutius vivit.

**178.** *Mollia sunt iuvenum cunctarum rostra volucrum*, ut quidam versificatus est.

**179.** Iniquissimo fert animo senectus barba trahi.

**180.** Nulla tam prava mater, quae non filiam honestam esse velit.

**181.** Non omnis, qui nos (*sic*) arridet, amicus est.

---

177. Pr. C. 423. Hoe hi langher leeft, hoe hi sotter wort.
Quamdiu is vivit, tanto plus stultior hic fit.
Quo plus superstat fatuus eo stultior extat.
Tunn. 605. Wye lenger leuet, wye he gecker wyrt.
Quo magis accrescit, tanto fit stultior amens.

178. Pr. C. 435. Jonghe voghelen hebben weeke becken.
Mollia sunt iuvenum cunctarum rostra volucrum.
Beckes exiles retinent volucres iuveniles.
Tunn. 613. Junge vogel hebben weyke snauels.
Sunt pullis avium permollia rostra tenellis.
Franck 1. 81*. Jung vögel sindt glat vmb den schnabel.
Jung vögel haben weych schnäbel.

179. Pr.C. 715. Tvergramt een ouden datmen hem trect metten baerde.
Quando senex trahitur cum barba, iure movetur.
Tunn. 1259. Het vertornet den olden, dat me en by dem baerde tuyt.
Excandent animi, trahitur si barba, seniles.

180. Pr. C. 718. Ten was nye so quaden moeder, si en hadde gheerne een goede dochter.
Quod bona sit nata sua vult mater violata.
Tunn. 1012. Het ys nyne so bosen moder, se en hedde gerne eyn guet kynt.
Omnis amat genitrix proprios bene vivere natos.
Tapp. 55*. *Etiam inter vepres rosae nascuntur.* (Brassican. in ed. Grynaei p. 1511.)
Es ist keyn so böse hůre/ sie wolt dennoch gern eyn gůt kind ziehen.
Franck 11. 56. Es ist kein so böß můtter/ sie zöh gern ein fromm kind.

181. Pr. C. 721. Ten sijn niet al vrienden die ons toe lachen.
Non est veridicus arridens quisquis amicus.

**182.** In tali flumine tales capiuntur pisces; dicitur in illos, qui sua temeritate et voluntate periculum inciderunt. Vel etiam in bonum dici potest.

**183.** Malo canem blandientem quam allatrantem; hoc est: malo pravum amicum, quam inimicum.

**184.** De caseo absumpto feles nimis sero depellitur; hoc est: priusquam periculum fecimus, providendum erat.

P. 117.

**185.** Lepus et meretrix non facile domantur.

**186.** Fama necat virum; hoc est: infamatus de aliquo crimine facile inde torquetur et damnatur.

---

Tunn. 1071. Het synt nicht al vrunde, de eynen an lachen.
Arridens blande nobis non omnis amicus.

Franck 11. 157*. Es seind nit all freund / die einn anlachen.

182. Pr. C. 437. Jn sulcken riuiere vangtmen sulcke vische.
In tali tales capiuntur flumine pisces.
Tunn. 616. Jn sulche wasser vengt men sulche vissche.
In magno magni capiuntur flumine pisces.
Franck 1. 81*. In solichen wassern fahet man solich fisch.

183. Pr. C. 438. Jc hadde lieuer den hont te vriende dan te viande.
Plus canis appeterem plausum quam ferre furorem.
Tunn. 617. Besser ys hundes vruntschap dan vnvruntschap.
Gratia malo canis mihi sit quam turbida bilis.

184. Pr. C. 723. Tes te laet kist gheseit als die kase gheten es.
Cattus de caseo tarde depellitur eso.
Tunn. 1072. Men iaget de katte to late van dem specke, want al geten is.
A petasone catus sero depellitur eso.
Franck 11. 197*. Man jagt die katz zu spat vom speck / wann er gessen ist.

185. Pr. C. 399. Hoeren ende hasen sijn quaet te temmen.
Trixque lepus fantur quod raro recte dominantur.
Tunn. 550 Hasen vnd horen synt quaet tzo tzemmen.
Et lepus et scortum nulla satis arte domantur.

186. Pr. C. 719. Tgherucht doot den man.
Sic dicunt gentes: Punit mala fama nocentes.

**187.** Haec tria vix occultari possunt: Stramen in calceo: Fusum in sacco: et Meretrix in cubiculo.

**188.** Tria sunt, quae tollunt pulchritudinem corporis: Morbus, senium et anxietas sive curae. Dicit enim Salomon Proverbiorum decimo septimo: *Animus gaudens aetatem floridam facit: spiritus tristis exsiccat ossa.*

**189.** Dicunt nostri: homines imprudentes et minus providos vel verberibus reddere debere cautiores, hoc proverbio: Stultis clava pediculi quaerendi sunt.

**190.** Est in proverbio vulgo Germanico: Leporem gaudere solo natali, et esse libenter ubi natus fuerit. Iuxta Ovidium:

*Nescio qua natale solum dulcedine cunctos*
*Ducit, et immemores non sinit esse sui.*

---

Tunn. 1013. De quade geruchte verderuen den man.
Fama virum perimit; multos infamia tristat.
Tapp. 24*. *Fures clamorem.* (Erasm. I. 2. 66.)
Das gerůcht tödtet den man.
Franck 11. 19. Das gerůcht tödt den man.

187. Franck 1. 81*. Stro im schůch/ spindel im sack/ vnd ein hůr in eim hauß/ gucken alweg herauß.

188. *Salomon. Proverb.* XVII. 22.
Fabri de Werdea, n. 385. v. 837.
Tunn. 1288. Schonheit vorgeit van sukede, sorge vnd older.
Forma perit morbo, cura, anxietate, senecta.

189. Fabri de Werdea, n. 88. v. 225.
Agr. 35. Narren sol man mit kolben lauffen.
Franck 11. 104*. Narren můß man mit kolben laußen.

190. *Ovidius* Ep. ex Ponto I. 3. 35. — *Homerus* Od. IX. 34.
Pr. C. 199. Die hase wilt altoos weder daer hi gheworpen es.
Vult lepus esse loco semper generatus erat quo.

Homerus in Odyssea:

Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος,

id est, *Sane*, vel *tamquam*, *nihil dulcius sua patria.*

**191.** Cavendam esse volunt nostri felem, quae a fronte lingat et a tergo laedat; hoc est: cavendum ab homine qui a fronte blandus est et amicus, in absentia alios rodit.

**192.** Dicunt nostri: Si quis primo Romam proficiscatur, visurum nequam; si secundo profectus fuerit, cogniturum nequam; tertio rediturum nequam et impostorem.

---

Tunn. 1192. De hase tijet al wedder na synen leeger.
Quisque colit patriam, lepus inque cubilia tendit.
Tapp. 24. *Patriae fumus igni alieno luculentior.* (Erasm. I. 2. 16.)
Der hase wil alle zeit wider/ da er geworffen ist.
Franck 1. 81*. Wo der haß felt/ da ist er gern.
Franck 11. 19. Wo der haß geworffen ist/ da wil er sein.

191. Fabri de Werdea, n. 116. v. 289.
Tapp. 97*. *Altera manu fert lapidem; altera panem ostentat.* (Erasm. I. 8. 29.)
Es seind böse katzen/ die für lecken vnd hinden kratzen.
Franck 1. 40. Vornen leckt er/ hinden kratzt er.
Franck 11. 151*. Hüt dich vor den katzen/ die vornen lecken/ hinden kratzen.

192. Fabri de Werdea, n. 159. v. 377.
Agr. 719. Wer ein mal gen Rom gehet/ der suchet den schalck/ Wer zum andern mal hyngehet/ der findet yhn/ Wer zum dritten mal hyn gehet/ der bringt den schalck mit yhm heym.
Franck 1. 81*. Der ghen Rom zeucht/ der sücht einen schalck/ Zum andern mal findt er jn/ Zum dritten bringt er jn mit jm.

**193.** *Artes, ius, chartas, favor, aes, violentia cassant.* Hoc est: favor, pecunia et violentia frangunt omnia iura, litteras signatas et scientiam.

**194.** Dicimus item: Violentia praecedit ius; ad quod Menander concorditer dicit:

Βίας παρούσης οὐδὲν ἰσχύει νόμος,

id est, *Vi praesente, nihil potest lex.*

**195.** Multum antiquis amicis, et gladiis antiquis multum confidendum esse, putaverunt patres nostri; hos enim iam satis diu probavimus. Ancipitem autem novi amici fidem saepe cognovimus.

**196.** Bonum et dulce est dormire in cute integra: dicitur contra illos qui iurgiis et contentionibus gaudent; inde enim saepe verbera sequuntur.

P. 118.
**197.** Tria sunt quae occultata nullum fructum afferunt, in usu tantummodo valentes: Artes, pecuniae et lumina.

---

193. Franck 1. 81*. Kunſt/ brieff vnd recht/
Ward bei gunſt/ gelt/ gwalt nymmer ſchlecht.
Gewalt/ gelt vnd gunſt/
Schwecht recht/ ehr vnd kunſt.

194. *Menander.* Monost. 409 ubi nunc legitur Ὅπου βία πάρεστιν, οὐδὲν ἰσχύει νόμος sed Meinekius legendum censet: Ὅπου βία, παρ' οὐδὲν ἰσχύει νόμος.
Fabri de Werdea, n. 104. v. 261.

195. Fabri de Werdea, n. 10. v. 25.
Franck 1. 81*. Alter freund/ altes weins/ vnd alter ſchwerter ſol man ſich trôſten.

196. Fabri de Werdea, n. 31. v. 81.
Pr. C. 681. Tes goet met heelder huyt te bedde gaen.
Dormiet illaesus melius quam verbere caesus.
Tunn. 956. In heler huyt ys guet slapen.
Est sopor illaeso iucundus corpore multum.
Franck 1. 81*. Es iſt gůt in gantzer haut ſchlaffen gehn.

197. Iesus Sirach XX. 32. (*Schulze*, n. 158.)

**198.** Lupus non leporem sed lupum generat; hoc est: qualis pater est, talis erit filius. Si pater rapax, insequitur vestigia patris filius.

**199.** Ita etiam dicimus: Meretricis filiam raro dissimilem matri; iuxta hunc vulgarem versum:

*Insequitur leviter filia matris iter.*

**200.** Dicunt nostri: Mulieribus longam esse caesariem, brevem autem sensum; hoc est: instabilem animum et facile mutabilem.

**201.** Horum perpetuam discordiam voluerunt esse maiores: Corvi cum noctua; Duorum rivalium unam puellam amantium et Canum super ossa; Duorum fatuorum in una domo; et Duorum regum in uno regno.

---

Fabri de Werdea, n. 133. v. 323.
Tunn. 1289. Kunste. gelt vnd kerissen verborgen en baten nicht.
Artes quid prosunt, simul aes et lumina tecta?
Franck 1. 2. Was sol ein ingenium / gelt / reichtumb / kunst / die man nit braucht.

198. Tunn. 1291. Aert en wyl van arde nicht.
Non ursus generat leporem, neque cerva leonem.

199. Tunn. 51. De moder gifft so guden koep als de dochter.
Vendit olus mater, quanti lasciva puella.
Tunn. 256. Eyne vuyle hore, eyn vuyle dochter.
Prostibulam turpis meretrix producit avaram.
Franck 11. 153*. Die můtter gibt so gůten kauff als die tochter.

200. Fabri de Werdea, n. 12. v. 31.
Pr. C. 773. Vrouwen hebben langhe cleeder ende corten moet.
Sub longis tunicis brevis est animus mulieris.
Tunn. 1047. Wyue hebben lange cleyder, vnd eynen korten syn.
Veste sub oblonga mulieri mens brevis errat.
Agr. 203. Lange kleyder / kurtzer synn.
Franck 1. 81*. Lang har kurtzer sinn.
Lang kleyder kurtzer můt.

201. Fabri de Werdea, n. 19. v. 47.
Tunn. 1358. De kreye vnde vle synt sich entegen.
Nocte diuque gerunt cornix et noctua bellum.

**202.** Fames dicitur esse optimus cocus; gratissimos enim et sapidissimos facit cibos, quos satur fastidiret.

**203.** Omnia ad tempus certum durant; ad hoc alludit: *Nulla potentia longa.*

**204.** Omnibus amicus, cunctorum stultus cogitur esse.

**205.** Paupertas dediscit pudorem; necessitas enim nescit pudorem.

**206.** Paupertas novas vias quaerit.

---

202. Fabri de Werdea, n. 68. v. 171.
Agr. 147. Der hunger ist ein guter koch.
Tapp. 92*. *Optimum condimentum fames.* (Erasm. II. 7. 69.)
Hunger ist der beste koch.
Franck 1. 29. Der hunger ist ein gůter koch.

203. *Nulla potentia longa.* Sunt verba Ovidii Met. II. 416.
Pr. C. 63. Alle ding es een wile.
Stant modica puncta mundana negotia cuncta.
Tunn. 82. Alle dynges eyn wyle.
Omnia depereunt; nihil est durabile in orbe.
Tunn. 684. Alle dynges eyne wyle.
Omnia depereunt subito; res nulla perennat.
Franck 1. 141. Grosser gwalt/ kan nit werden alt.

204. Pr. C. 65. Alder liede vrient es alder lieden sot.
Stultus cunctorum fit quivis amicus eorum.
Tunn. 100. Aller lude vrunt ys maniger lude geck.
Multis ludibrio est, cunctis qui poscit amicus.
Franck 1. 81*. Der iedermans freund wil sein / můß iedermans narr sein.
Franck 11. 159*. Aller leut freundt/ iedermans geck.

205. Pr. C. 70. Armoede maect enscamel liede.
Ex veteri more pauper caret ipse pudore.
Tunn. 93. Schemmede vnde goede sede vorgaen dorch armoyt.
Pauperie cecidere pudor moresque probati.

206. Erasm. Ad. IV. 2. 48. *Multa docet fames* ex Graeco Πολλῶν ὁ λιμὸς γίνεται διδάσκαλος, quod in paroemiis memorat Macarius VII. 24.
Pr. C. 71. Armoede zuect nauwen list.
Paupertas cautas quaerit ubique vias.

**207.** Et: Paupertas multa experiri docet.

**208.** Item: Pauperes tenue pulmentum coquunt.

**209.** Labor vel ignem ex lapide decutit. Ad hoc dicitur: *Labor omnia vincit.*

**210.** Tot pelles vitulorum, quot vaccarum, veniunt ad forum; hoc est: tot iuvenes moriuntur, quot senes.

---

Tunn. 90. Armoit suicht nouwe lyste.
Artes atque dolum tenuis vestigat egestas.
Tapp. 122. *Paupertas sapientiam sortita est.* (Erasm. I. 5. 22.)
(*Westph.*) Nawe vnderfoeken kompt van armen luyden.
Franck 1. 81*. Armůt sůcht new weg.
Franck 11. 113*. Newe fůnd kommen von armen leuten.
Franck 11. 114. Plutus der got der reichtumb / ist ein narr / Aber die armůt ein erfinderin aller ding.

207. Pr. C. 72. Arme lieden driuen arme voere.
Pauper pauperiem per totum sustinet orbem.
Franck 1. 82. Armůt erfert vil.

208. Pr. C. 75. Arme lieden coken dunnen bry.
Pauperis est gentis tenuis puls, farre carentis.
Tunn. 85. Arme lude kocken dunne gorte.
Pertenui victu paupertas vescitur usque.
Franck 1. 81*. Arme leut / arme kůchen.

209. *Labor omnia vincit.* Vergilius Georg. I. 145.
Pr. C. 76. Arbeyt wint dat vier vten steen.
Ignis de lapide surgit mediante labore.
Tunn. 84. Arbeit wynt dat vuyr uth dem steyne.
Cuncta parit labor; e saxo labor excutit ignem.
Franck 1. 82. Fleiß wirt weiß / vnd bricht alle eiß.

210. Pr. C. 77. Also veel caluer comen huden te merct als ouder koyen.
Pelles quot pecorum venduntur, tot vitulorum.
Tunn. 1164. Der synt so vele kaleff velle vele, als koe velle.
Agnorum pelles, ovium quot emuntur ubivis.
Agr. 514. Es kommen eben souil kelberheutte zum marckt / als ochsenheutte.
Franck 1. 82. Es werden eben so vil kalbs heut / als kůw heut ghen marckt tragen.

**211.** Non omnes nubes producunt pluviam; hoc est: non omnia, quae nobis minantur periculum, nocent. Dici solet in eos, qui nobis mala minitantur.

**212.** Tam diu albus, ut ita dicam, panis et siligineus comeditur, donec niger et plebeius exoptetur; hoc est: omnium rerum est satietas. Hoc testatur Homerus in Iliade:

Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος,

id est: *Omnium quidem fastidium est, et somni et amicitiae.*

**213.** Nihil sine pecunia; hoc est: nisi habueris pecunias, nec nobilitas, nec scientia, aut virtus proderit.

---

211. Pr. C. 78. Alle swarken en reghenen niet.
Non stillant omnes, quas cernis in aëre nubes.
Tunn. 102. Al wolken regen nycht.
Depluit haud omnis, quam cernis in aëre, nubes.
Franck 1. 82. Es schlegt nit altweg/ wann es gleich dondert.

212. *Homerus*. Iliad. XIII. 636.
Pr. C. 79. Also langhe eetmen wit broot, dat mens bruynen begheert.
Fit quod contemptis peto nigrum panibus albis.
Tunn. 1232. De dat schone broet vor ett, de moit dat groue broet nae etten.
Qui nitidum absumpsit, laetatur pane secundo.
Franck 1. 82. Es ist keyn so gůt lied/ man würt sein můd.

213. Pr. C. 67. Al viseuase sonder ghelt.
Laudatur nummus quasi rex super omnia summus.
Pr. C. 91. Al niet sonder ghelt.
Est nihil et nihilum sine prompta pecunia totum.
Tunn. 97. Al vyse vase sunder gelt.
Quid modo laudatur, nisi nummus clausus in arca?
Tunn. 138. Al nicht sunder gelt.
Spretus erit, sine re quicunque vagatur in orbe.
Franck 1. 82. Es thůt nicht on gelt. — Es sol nicht on gelt.
Adel/ tugent/ kunst/ seind on gelt vmb sonst.

**214.** Alii dicunt: Nummus omnia efficit. Cui non dissimiliter dicit Palladas:

Χρυσὸς δ' ἀνοίγει πάντα, κἀίδου πύλας,

id est: *Aurum autem aperit omnia, etiam Inferni portas.*

**215.** Pira dum sunt matura, sponte cadunt. Hoc saepe dici audivi de virginibus, quae nubiles modo sunt, ne diutius priventur coniugio.

**216.** Si tres fuerint socii, unus cogitur aliorum esse stultus.

**217.** Omnis fructus sapit naturam suae arboris.

---

214. *Palladas.* Versus inter Menandri Monost. receptus est 538.
Fr. 1. 33. Gelt fahet got vnd dwelt. — Gelt gewint all welt.
„ 1. 117*. Gelt regiert die welt.

215. Pr. C. 92. Als die pere rijp es, valt si vanden boem.
Dum sunt matura pira sunt breviter ruitura.
Tunn. 160. Als de beer ryp ys, so velt sy gerne in den dreck.
In stercus recidunt pira, dum matura, frequenter.
Franck 1. 82. Wann die bir zeitig würt/ so felt sie.

216. Franck 1. 82. Wo drey seind/ muͦß alweg einer der narr vnder jn sein.

217. Iesus Sirach XXVII. 7. Matth. VII. 16. XII. 33. Luc. VI. 44. (*Schulze*, n. 210.) Cf. infra Adag. 451.
Pr. C. 93. Alle vrucht smaect na haren boem.
Arbor naturam dat fructibus atque figuram.
Pr. C. 299. Den appel smaect sijns booms.
Dum gusto poma, tunc pomus fit mihi nota.
Tunn. 162. Alle vruchte smaechen na erem boeme.
Naturam fructus propriae sapit arboris usque.
Tunn. 452. De wyn smaket na dem stamme, de appel na dem boeme.
Lenaeus vitem sapit et poma arboris ortum.
Franck 11. 14. Den baum kent man bein früchten.
Franck 11. 135. Das kindt schlegt nach dem vatter/ die frucht nach dem baum.

**218.** Fortuna ante et retro accedit; hoc est: si iam novercatur, nihilominus potest post nobis iterum favere.

**219.** Dum abbas apponit tesseras, ludunt monachi; hoc est: quod superiores faciunt, iure conceditur inferioribus. Illi enim nobis exemplo praeesse debent.

**220.** Lupus iam senex lacessitur a cornicibus; hoc est: animal, vel vir quantumcunque formidabilis, dum senescit et vires perdidit, contemnitur ab imbecillioribus.

**221.** Non omnis, qui minatur, mordet. Transsumptum a canibus, quorum qui magis latrant, minus laedunt et mordent.

---

218. Pr. C. 99. Also wel ist gheluck achter als voer.
Vulgo narrante bona sors est post velut ante.
Tunn. 156. Al so wal ys dat gelucke achter als voer.
A tergo bona tam, quam sors a fronte, refulget.
Franck 11. 114*. Die nachhin lachen/ lachen eben so wol als die voran.

219. Pr. C. 101. Als die abt terelinghen draecht, moghen die monicken dobbelen.
Tessero tunc licite decios abbate ferente.
T. 153. Als de abbet steyne drecht, so mogen de moncken dobbelen.
Tesserulas, monachi colludunt, patre ferente.
Franck 1. 82. Wann der abt würfel gibt/ so spilen die brůder.

220. Pr. C. 102. Als die wolf out wort riden hem die crayen.
Cornix saepe lupum non effugit inveteratum.
Tunn. 151. Als der wullef oldet, so ryden en de kraen.
Laeditur annosus lupus a cornice vetusta.
Franck 11. 164. Wann der wolff altet/ so reiten jn die kråhen.

221. Pr. C. 103. Alle dreyghers en vechten niet.
Non omnis pugnat minans qui fortia clamat.
Tunn. 150. Alle druwers en vechten nicht.
Audent Marte minus, verbis qui saepe minantur.
Franck 1. 82. Die eim trawen/ wöllen eim nicht thůn.
" 1. 75*. Hund die vil bellen beissen nit.

**222.** Arcus, qui nimis intenditur, rumpitur; hoc est: nihil compelli debet ultra vires. Dici item solet in nostris proverbiis.

**223.** Equos voluntarios, hoc est, sua sponte currentes, non nimium urgendos esse. Hoc saepe dici audivi in eos qui amicos suos nimium fatigant precibus, vel plus quam decet ab eis auxilium, pecuniam et similia extorquent.

**224.** Mors melior est quam vita homini, qui sine amicis est. Econtrario, ut dicit Menander poeta:

*Φίλους ἔχων νόμιζε θησαυροὺς ἔχειν,*

id est, *Amicos habens puta thesauros habere.*

---

222. Pr. C. 104. Alsmen den boghe te wijde spant, so berst hi gaerne. Extensus arcus rumpitur hic nimium.
Tunn. 159. Als men den bogen tzo wyde spannet, so bricht he. Intentus nimium sinuosus frangitur arcus.
Tunn. 1027. De boge te sere gerecket, verluyst syn macht. Intensus nimium vires mox deserit arcus.
Agr. 236. Wenn man die sennen am armbrust zu hart spannet / so reisset sie gern.
Franck 11. 155. Man soll den bogen nit vberspannen / noch den Esel vbergürten.

223. Fabri de Werdea, n. 34. v. 87.
Pr. C. 510. Men sal die willeghe paerden niet seer vermoeden. Sit supportatus mannus portare paratus.
Tunn. 731. Men sal den wylligen nicht to seer besweren. Sponte laborantem lassabis pondere nullo.
Tunn. 1239. Wyllige perde sal me nicht myt sporen stoten. Non opus est calcar veloci subdere manno.
Franck 1. 34. Willige roß sol man reiten / doch nit vbertreiben.

224. *Menander*. Monost. 526.
Pr. C. 115. Beter doot dan vriendeloos. Tunc mors optetur cum nullus amicus habetur.
Tunn. 177. Doet ys besser, dan leuen sunder vrunde. Emorier malit, cui nullus vivit amicus.
Franck 1. 82. Es ist besser sterben / dann on freund leben.

P. 120.

**225.** Melius est esse luscum, quam omnino caecum.

**226.** Item: Inter caecos unoculus rex est.

**227.** Eos cavendos nobis esse suasit antiquitas, quos natura signasset; hoc est: qui aliquo naturae defectu laborant.

**228.** Alii strabonum etiam societatem vitandam esse censent; de quibus ego nihil compertum habeo.

**229.** Contra futiles et loquaces.

Dicunt nostri, dum futilem et loquacem designare volunt: Illi rem committendam putarem, quam universum orbem rescire vellem.

**230.** Verba honestatis non obligant.

---

225. Pr. C. 116. Beter scheel dan blint.
Luscus praefertur caeco; sic undique fertur.
Tunn. 175. Besser scheel dan heel blynt.
Est longe caeco luscitus gratior ipse.
Tapp. 8*. *Praestat uni malo obnoxium esse quam duobus.* (Erasm. IV. 2. 36.)
**Besser schel dann gantz blind.**
**Franck 11. 7*. Besser schel dann blind.**

226. Tunn. 1360. Myt eynem ogen is en koninck manck den blynden.
Luscus rex inter caecos, et homuncio nanos.
Tapp. 152. *Inter caecos regnat strabus.* (Erasm. III. 4. 96.)
**Vnder den blinden ist der scheele künig.**
**Franck 1. 22. Vnder den blinden ist ein eynäugiger ein künig.**

227. Fabri de Werdea, n. 64. v. 159.
Tunn. 1293. Hoet vor den gennen, den Got getekent hefft.
Abstineas istis, male quos Deus ipse notavit.
**Franck 1. 82. Was Got in die natur hat zeychnet / vor dem hüte dich.**

228. Fabri de Werdea, n. 63. v. 157.

229. **Franck 1. 82. Es wer jm gůt etwas befelhen / das die gantz welt solt wissen.**

230. Fabri de Werdea, n. 175. v. 413.
**Franck 1. 82. Ehr wort binden nit.**

**231.** Qui velit ludere, debet apponere nummos; hoc est: qui velit habere lucrum, oportet ut exspectet etiam damnum. Plautus autem dicit:

*Necesse est facere sumptum, qui quaerit lucrum.*

**232.** Qui velit iocari cum aliis, oportet ut etiam secum sinat iocari.

**233.** Damna faciunt homines cautiores. Dum enim aliquis damnum in aliqua re acceperit, postea redditur multo magis providus.

**234.** Dum aliquis per imprudentiam et temeritatem aut insolentiam damnum acceperit, dicunt nostri: Habeat damnum cum sanna; quod subsannatio sequatur eum, qui fatue in aliquod damnum incidit.

---

231. *Plautus.* Asin. I. 3. 65.
Fabri de Werdea, n. 164. v. 389.
Tunn. 639. Die wedden wyl, die moet bijsetten.
Qui certare cupit, pignus deponat et aurum.
Tunn. 1294. De wyl spelen, de sette gelt vp.
Ludere deposcens, nummos apponere debet.
Agr. 120. Wer kegeln wil / mus auffsetzen.
Franck 1. 82. Wer spilen wil / setz auff.
Wer keglen wil / müß auffsetzen.
Fr. 1. 84. Der etwas gewinnen wil / müß etwas dran setzen.

232. Franck 1. 82*. Wer schertzen wil / sol auch schertz verstehn vnd vffnemen.

233. Fabri de Werdea, n. 79. v. 201.
Erasm. Ad. I. 1. 31. *Malo accepto stultus sapit.* Circumfertur et illud nostrati vulgo iactatum: *Mortaleis pudore et iactura doctiores evadere.*
Franck 1. 82*. Schaden macht weiß.
Fr. 11. 16. Es würt niemand weiß / dann mit seinem schaden.

234. Pr. C. 612. Spot ende scade mach qualic te gader.
Saepe simul iuncta male stant pariter ioca damna.
Tunn. 935. Spot, lachen, vnd schade en mogen nicht to samen.
Damna, ioci, risusque simul male congrediuntur.

**235.** Dicitur item: Risum passus et damnum.

**236.** Vetus amor non sentit rubiginem; hoc est: facile renovatur et fit novus amor vetus: hoc est: facile reconciliantur, quae olim se mutuo amaverunt. Rubigo autem res, quas invasit, perire facit.

**237.** Gaudium est miseris socios habere poenarum. Seneca in Tragoedia:

*Aequior casum tulit in procellis,*
*Mille qui ponto pariter carinas*
*Obrui vidit, tabulaque littus*
*Naufraga spargi.*

Et ut Aesopus tradit: *Ubi miser miseriorem aspicit, suam aequius miseriam fert:* Οἱ δυστυχοῦντες ἐξ ἑτέρων χείρονα πασχόντων παραμυθοῦνται.

**238.** Balbutientes plus ceteris loquacitate perstrepunt, et male cantantes plus cupiunt canere quam boni cantores. Unde Guntherus Alemannus de gestis Frederici libro primo:

*Immo etiam mos est ut plus cantare laborent,*
*Qui gravius cantant; et balbi plura loquuntur.*

---

235. Hoc proverbium Bebelius exemplo illustravit in Facetiis suis p. 54 de superstitione rusticorum agens.
Agr. 237. Das ist schimpff/ der schaden bringt.
Franck 1. 111*. Zu letzst den spot zum schaden haben.

236. Franck 1. 82*. Alte lieb rost nit.

237. *Seneca.* Troad. 1029. — *Aesopus.* Fab. Planud. 57. Convenienter Ovidius Met. XV. 493. — *Neque enim fortuna querenda Sola tua est; similes aliorum respice casus: Mitius ista feres.*
Tunn. 523. Men lijt gherne, wan men hefft eynen gesellen.
Ultro dat poenam, socio comitante, malignus.
Tunn. 741. Het ys den vnseligen eyn troest, dat de ander mede lijt.
Solamen misero, poenas dum suscipit alter.

Fuit autem Alemannus non Ligur, sed librum inscripsit Ligurinum, quod de rebus Ligurum scribat, sicut Vergilius Aeneida.

P. 121.

**239.** Vestes corrodi dicuntur a tineis, pectora curis; et invidos propria invidia consumit.

**240.** Amicae salutationes principum et regum multo sanguine emuntur; hoc est: multi, ut placeant principibus et fiant noti, in proeliis sanguinem suum effundunt. Taceo de illis qui vitam amittunt.

**241.** Equus aliquando quatuor pedum in plano cadit; dicitur in proverbio ad excusationem illorum, qui aliquando labuntur vel errant. Quod ita Versificatores nostri Scholastici descripserunt:

*Non mirere, bipes, si quando tibi cecidit pes:*
*Quadrupes in plano quandoque cadit pede sano.*

---

238. Fabri de Werdea, n. 156. v. 371.
*Guntheri* opus, quod carmine hexametro scriptum est et in decem libros divisum, prodiit Basileae per Petrum Pernam 1569, cum praefatione Phil. Melanchthonis, et deinde saepius repetitum est, ut Francof. 1582. Tubingae 1598. aliisque locis. Vid. Polycarpus Leyserus, Historia poetarum et poemat. medii aevi p. 788 sqq.

239. Fabri de Werdea, n. 81. v. 205.
Franck 1. 82*. Kleyder fressen die schaben/ Sorg die hertzen/ vnd den neidthart sein eygen neid.

241. Tunn. 1133. Het velt wal eyn pert van veer voten.
Quadrupedes quandoque ruunt, et vacca labascit.
Tapp. 236*. *Quandoque bonus dormitat Homerus.*
Es vertritt sich auch wol eyn pferdt/ das vier füsse hat/ oder eyn pferdt mit vier füssen.
Franck 1. 82*. Felt doch offt ein pferd vff vier füssen in ebnem feld.

**242.** Damnosam volunt esse nostri, virginis pauperis et indotatae formam et pulchritudinem, quippe quae a multis petatur citra legitimam Venerem; et, quod a multis petitur, difficulter custoditur, sicut dicit Ovidius:

*Foedera servasset, si non formosa fuisset;*

et alibi:

*Lis est cum forma magna pudicitiae.*

**243.** Laborandum est, et rebus necessariis studendum citra pravitatem, ut vivendum sit perpetuo: vivendum autem, tamquam cras moriaris. Quod illo tetrasticho tradit Leonhardus Clemens:

*Vixerit ut semper prudens, cumulabit opes, et*
*Ceu moriturus iam iustus ubique manet:*
*Contra, non prudens profundit parta obiturus*
*Ceu modo prava facit, perpetuo ut fuerit.*

---

242. *Ovidius.* Fast. I. 161. — *Alibi.* Heroid. XVI. 288.
Franck 1. 82*. Es ist armer jungkfrawen schad das sie schőn seind.

243. *Leonhardi Clementis*, presbyteri, aliquoties mentionem fecit Bebelius in Facetiis; ubi p. 3*. ait: *Haec Leonhardus Clemens, hospes meus Alpestris et iisdem Musis mecum incitatus, saepe mihi retulit.* cet. — In v. 3 particulam *non* inserui.
Agr. 98. Ein Christ sol erbeyten als wolt er ewig leben/ vnd doch gesynnet sein/ als solte er diese stunde sterben.
Tapp. 166. *Serere ne dubites.* (Erasm. I. 2. 41.)
Wir sollen arbeyten/ als solten wir ewig leben/ vnd leben als solten wir morgen sterben. .
Franck 1. 34. Leb als wőllestu all tag sterben/
schaff als wőlstu ewig leben.
Franck 11. 41*. Wir sollen arbeyten als wőllen wir ewig leben/ vnd sorgen oder leben als wőllen wir morgen sterben.

**244.** Amici idonei sunt iuxta viam.

**245.** Ex pellibus alienis latae corrigiae proscinduntur; hoc est: in alienis rebus liberales sumus.

**246.** Catti invalidi longius vivunt; dicitur in eos qui minus grati diu vivunt, dum optati saepe cito moriantur, nam:

*Si qua placent, abeunt: inimica tenacius haerent.*

**247.** Dum Adam agrum coleret et Eva neret, quis tunc nobilis? dicitur in illos qui nobilitate tument.

---

244. Pr. C. 775. Vrienden sijn goet biden weghe.
Visus amicorum bonus hic et ubique locorum.
Tunn. 1049. Vrunde synt guet by den wege.
Semper amicorum tenuis valet usus ubique.
Tapp. 59. *Nihil homini amico est opportuno amicius.* (Erasm. IV. 1. 75.)
Freünd sein gůt bei dem wege.
Franck 11. 57*. Freund seind gůt bei dem weg.

245. Erasm. Ad. II. 2. 88. *De alieno ludis corio.* Circumfertur apud nostratium vulgus non absimile huic proverbium, *Ex alieno tergore lata secari lora.*
Pr. C. 776. Wt vreemder huyt snijtmen breede riemen.
Scindo corrigias ex pelle tua mihi latas.
Tunn. 1050. Van eyns anderen huet, is guet reymen snyden.
Lata tibi praebent alienae cingula pelles.
Tapp. 104. *De alieno ludis corio.* (Erasm. II. 2. 88.)
(*Westph.*) Van eyns andern leder ist gůt reymen snyden.
Franck 1. 82*. Auß ander leut heut / ist gůt breyt riemen schneiden.

246. *Si qua placent* cet. Est versus Baptistae Mantuani Ecl. I. 74.
Pr. C. 777. Versenghende catten leuen langhe.
Longius invalidi vivunt saepissime catti.
Tunn. 1051. Schoruede katten leuen lange.
Longius invalidi soliti sunt vivere feles.
Franck 1. 82*. Vnnütz katzen leben lang.

247. Pr. C. 778. Wie was doe die edelman, doe Adam groef ende Eva span?
Adam fodente quis nobilior Eva nente?
Tunn. 1052. We was edel do Adam de schape hodde?
Nobilis hei quis erat, tonsas dum pasceret Adam?

**248.** Verba non implent marsupium; hoc est: non possumus contenti esse verbis, dum rebus opus est.

P. 122.

**249.** In adversis et paupertate cognoscitur amicus. Hoc testatur Ovidius:

*Donec eris felix, multos numerabis amicos;*
*Tempora si fuerint nubila, solus eris.*

**250.** Pueri sunt pueri; hoc est: pueri pueriliter faciunt.

**251.** Manus puerorum facile implentur; hoc est: facile pueris satisfacimus; vel: pueri paucis sunt contenti.

---

Agr. 264. Da Adam reutte vnd Heva span/
Wer was da ein Edelman?
Franck 1. 82*. Da Adam hackt vnd Eua span/
Wer war da ein Edelman?

248. Pr. C. 783. Veel woerden en vullen ghenen budel.
Bursa manet vacua, vox licet ampla tua.
Tunn. 1136. Vele worde en vullen des budels nicht.
Plurima non opplent nummorum verba crumenas.
Tapp. 143. *Aureos polliceri montes.* (Erasm. I. 9. 15.)
Schone wort füllen den sack nit.
Franck 1. 82*. Wort füllen den beutel nit.

249. *Ovidius.* Trist. I. 9. 5.
Iesus Sirach VI. 8—12. XII. 8.
Pr. C. 429. Jn armoeden leertmen vrienden kennen.
In paupertate, quis amicus, noscitur a te.
Tunn. 596. In der noet sal men die vrunde mercken.
Rebus in adversis vere cognoris amicum.
Tapp. 103. *Amicus certus in re incerta cernitur.* (Erasm. IV. 5. 5.)
Jn der not lernet man die waren freünd erkennen.

250. Pr. C. 443. Kinder dat sijn kinder.
Sunt pueri pueri, vivunt pueriliter illi.
Tunn. 623. Kynder doen als kyndor plegen.
Impubes pueri vivunt pueriliter omnes.
Franck 1. 82*. Kind seind kind/ wann mann es ein jar trieb.

251. Pr. C. 440. Kinders hant is schier geuolt.
Parva manus pueri modico solet illa repleri.

**252.** Illi vilis fistula satisfacit, qui amat choream ducere; hoc est: non est incitandus multum ad quod quis sua sponte pronus est. Aliter dicimus: Cuiuscunque fistulae cantus valet choream amanti.

**253.** Scurrae et meretrices vel non invitati veniunt.

**254.** Nullam puram aquam effundere; dicitur in avaros, qui nihil quod sibi utile est, aliis donant.

**255.** Ludus bonus non sit nimius. Ad hoc alludit Solon: Μηδὲν ἄγαν, id est, *Ne quid nimis.*

---

Tunn. 620. Kyndes hant ys balde gevullet.
Parva manus pueri repletur munere parvo.
Franck 1. 82*. Kinder hend sind bald gefüllt.

252. Pr. C. 425. Haer es licht ghenoech ghepepen, die ghaerne danst.
Quis leve musat herae, si prona sit ipsa choreae.
Tunn. 602. Em ys lychte genoich gepepen, die gerne danset.
Non calamos poscit gaudens duxisse choream.
Agr. 363. Wer lust zu tantzen hat/ dem mag man leicht pfeyffen.
Franck 1. 82*. Wer gern dantzt/ dem ist gůt zu pfeiffen.

253. Pr. C. 426. Hoeren ende boeuen comen wel sonder ropen.
Scurrae vel scorta veniunt bene non vocitata.
Tunn. 601. Horen vnd bouen komen wael vngebeden.
Scurra, gulo et meretrix adsunt vel non vocitati.

255. *Soloni* hoc praeceptum tribuit Demetrius Phalereus in VII Sapientum Apophthegm. apud Stobaeum Floril. T. 3. 79. β. (in Fragm. Philos. Graec. ed. a Mullachio, p. 212.) eumque significare videtur Palladas Anthol. Palat. VII 683. (in Anthol. Gr. Iacobsii T. I. p. 514.)
Μηδὲν ἄγαν, τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὁ σοφώτατος εἶπεν.
Alii alium nominant huius praecepti auctorem, aut Thaletem, aut Pythagoram, aut Chilonem, alii denique Sodamum vel Stratodemum. Vide Diogen. Laert. I. 41, ibique Menagium. Cf. Erasm. Adag. I. 6. 96. *Ne quid nimis.*
Pr. C. 370. Goets speels mach wel te veel sijn.
Ludus saepe bonus esse potest nimius.
Tunn. 529. Des guden spyls wyrt ouch wael tzo vele.
Iucundus crebro lusus mutatur in iram.

**256.** Bonum servitium non perit omnino: praesertim quod in bonos confertur. Ita consimiliter dicit Plautus:

*Bonis quod*
*Bene fit, haud perit.*

**257.** Potus furtivus dulcis est.

**258.** Hic crescit, ut maturum hordeum; hoc est: decrescit, uti solet hordeum iam maturum.

**259.** Dici item solet in deformes: Ille crescit in pulchritudinem, uti asinus; qui quanto annosior tanto deformior.

---


Tapp. 98*. *Hirudo nisi plena non omittit cutem.* (Erasm. II. 4. 84. ex Horat. A. P. 476.)
Wan das spiel am besten/ vnd genüglichsten ist/ so soll man vffhören.
Cf. supra Adag. 16. *Iocus dum optimus, cessandum.*

256. *Plautus.* Rud. IV. 3. 2.
Pr. C. 375. Goet dienst en bleef noyt ongheloent.
Fac bene servitium quia non perit undique gratum.
Tunn. 537. Gud deynst en blijfft nicht verloren.
Obsequium gratum non ullo deperit aevo.

257. Proverb. Salom. IX. 17.
Pr. C. 379. Ghestolen dranck es zuete.
Furtivus potus plenus dulcedine totus.
Tunn. 563. Gestoellen spijse ys alle wege suetest.
Furtivus semper victus dulcedine praestat.
Franck I. 53*. Gestolen wasser ist süß.

258. Pr. C. 409. Hi wast als die ripe gherst.
Hic homo decrescit velut hoc quod crescere nescit.
Tunn. 584. He wesset als die rijpe gerste.
Ut matura seges, viridi, sic crescit, in agro.
Tapp. 84*. *Cochleare crescit.* (Erasm. II. 2. 20.)
Er wechset als die reiffe gersten.
Franck II. 71*. Er wechst wie reiffe gersten.

259. Tapp. 239*. *Imitatur Nepam.* (Erasm. IV. 1. 98.)
Er bessert sich wie eyn junger wolff.



**260.** Quale forum, tale vectigal; hoc est: si res periculosas attentas, facile in periculum incides, et similia.

**261.** Ad auxilium Dei tuo etiam opus est labore; hoc est: frustra quis implorat auxilium Dei, nisi et ipse non desit suo labore. Ad quod Euripides alludit: *Laborantes Deus adiuvat.* Et idem: *Deus otiosis non adest.*

**262.** Tempus est tacendi: tempus loquendi est. Nam ut Menander poeta dicit:

*Οὐ δεῖ σιωπᾶν, καὶ λαλεῖν ὅπου χρέων,*

---

260. Pr. C. 693. Tot sulker merct sulcke tol.
Quale forum fuerit, vectigal tale requirit.
Franck 1. 83. Wie der marckt ist/ also ist der zol.

261. *Laborantes Deus adiuvat.* Graeca non addidit Bebelius. Videtur significari versus Euripidis:

*Τῷ γὰρ πονοῦντι χὠ θεὸς συλλαμβάνει,*

quem Stobaeus in Floril. T. 29. 34. ex huius Hippolyto citavit; ex eiusdem autem Temeno Clem. Alex. Strom., VI. 2. § 10. (p. 741. P.) Vid. Dind. in Euripid. fragm. n. 435 et 730.

*Deus otiosis non adest.* Vix dubium est quin significetur quod in Menandri Monostichis 242. legitur:

*Θεὸς δὲ τοῖς ἀργοῖσιν οὐ παρίσταται.*

quem versum, a Stobaeo in Floril. T. 30. 6. ex Sophoclis Iphigenia citatum, Dindorf. inter huius poetae fragmenta retulit n. 288.

Pr. C. 690. Tot Gods hulpe hoert arbeyt.
Es laborator et erit Deus auxiliator.
Tunn. 963. Tot Godes hulpe hort arbeyt.
Dapsilis auxilium sudanti praestat Iesus.
Tapp. 94. *Cum Minerva manum quoque move.* (Erasm. I. 6. 18.)
Helffet euch selbst/ so hilfft euch Gott.
Man muß aber händ mit anschlagen.
Franck 1. 17*. Hilff dir selbs/ so hilfft dir das glück.
Mit Got in die hend speien.
Franck 1. 22. Got hilfft vnserm fleiß.

id est: *Non oportet tacere, et loqui ubi opportunum est.*

**263.** Puer loquax, malus: quare praeceptum est Graecorum, quo dicitur: Γλώττης ἄρχε, id est: *Linguae impera.*

P. 123.

**264.** Muscae famelicae vel pulices altius infigunt aculeum; in eos dicitur, qui pauperibus inclementius sua extorquent, vel transgressores plus molestant.

---

262. *Menander.* Hac forma versus non reperitur in Menandri Monostichis. Proxime accedit v. 221.

Ἡδὺ σιωπᾶν ἢ λαλεῖν ἃ μὴ πρέπει,

quem alii aliter correxisse sibi visi sunt. Mihi quidem praeplacet legere:

Ἢ δεῖ σιωπᾶν, ἢ λαλεῖν ἃ δὴ πρέπει.

Ecclesiast. III. 7. (*Schulze*, n. 115.)

Pr. C. 684. Tes een tijt van zwighen ende een tijt van sprekon.
Nunc est silendum nunc est ratione loquendum.

Tunn. 959. Spreck vnd swych wan dat tyt ys.
Ut locus exposcit, profer vel supprime voces.

263. Non nominato auctore praeceptum hocce inter VII Sapientum Praecepta refert Sosiades ap. Stobaeum Floril. T. 3. 80. (in Fragm. Philos. Graec. ed. Mullach. p. 217.) A Cleobulo autem profectum esse Γλώττης κρατεῖν censet Demetrius Phalereus in VII Sapientum Apophthegm. ap. Stobaeum Floril. T. 3. 79. *a.* (in Fragm. Phil. Graec. ed. Mullach. p. 212.) Chilonem contra Diogenes Laertius I. 3. 69. praecipientem facit Γλώττης κρατεῖν, καὶ μάλιστα ἐν συμποσίῳ.

Pr. C. 708. Tsyn quade kinder die veel clappen.
Est puer ingratus mala qui famare paratus.

Tunn. 1006. De vele kallen, werden vnwert.
Ille fit ingratus, qui garrit multa superbe.

T. 1248. Nicht ys schenniger dan eyn veel claffer vnde houerdich.
Multiloquo nihil est deformius atque superbo.

264. Pr. C. 206. Die hongherighe vloe bijt seer.
Lendes et pulices plus mordent esurientes.

Pr. C. 396. Hongherighe vlieghen biten sere.
Multum mordentes muscae sunt esurientes.

Tunn. 547. Die hungerge vleyge bijt scharpe.
Altius esuriens infigit musca labellum.

**265.** Oratio canis non penetrat coelos; hoc est: oratio impiorum non exauditur. Econtrario, ut dicit Menander:

Εὐχῆς δικαίας οὐκ ἀνήκοος θεός,

id est, *Precis iustae exauditor deus*, vel *non nonauditor deus*.

**266.** Qui sibi malus, nulli bonus.

---

Tunn. 1186. De hungerge vleyge vnd vloe bijten scharp.
Musca pulexque magis ieiuni corpora vexant.
Tapp. 93*. *Molestus interpellator venter*. (Erasm. III. 10. 9.)
Hungerige fliegen oder mucken beissen scharff.
Franck 1. 83. Hungerige fliehen oder flöh beissen härter.

265. *Menander*. Monost. 146.
Pr. C. 397. Honds bede en quam nye te hemel.
Coelos non penetrat oratio, quam canis orat.
Tunn. 1214. Hundes bede en komen nicht to hemel.
Nulla canum penetrat summos oratio coelos.
Franck 1. 83. Hunds gebet kompt nit inn himel.

266. Iesus Sirach XIV. 5. (*Schulze*, n. 154.)
Cicero Epist. ad Trebatium (ad Famil. VII. 6.) hoc versu trochaico utitur ex Euripide converso:
*Qui sibi ipse sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit.*
Ubi significari videtur fragmentum 930 Dind.
Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.
Erasmus Adag. I. 6. 20. *Nequicquam sapit*, *q. s. n. s.* Sententia vel hodie vulgo frequentissime iactata, *Frustra sapere*, *qui sibi non sapiat.*
Pr. C. 219. Die hem seluen niet en doech, en doech niemant anders.
Non valet hic alteri qui malus ipse sibi.
Tunn. 322. Wem ys he nutze de sich seluen nicht en doich.
Utilis est nulli, sibi qui mala damna ministrat.
Agr. 630. Wer yhm selbs nichts guts thut / wie solt er denn einem andern guts thun?
Franck 1. 7. Der jm selbs vnnütz / wem nütz?
Franck 11. 119*. Der jhm selbs heyloß / wes heyland wolt der sein?

**267.** Qui se laudat, malos habet vicinos. Bene ergo Menander:

Ὑπὲρ σεαυτοῦ μὴ φράσῃς ἐγκώμια,

hoc est, *Pro te ipso ne dicas laudes*, vel *praeconia*.

**268.** Vis honorari, honores alios.

**269.** Optimi natatores saepius submerguntur: Optimi scansores saepius cadunt: Audentiores saepius vulnerantur; hoc est: In omni re qui se periculis saepius exponit, saepius periclitabitur.

---

267. *Menander*. Monost. 516. — Cf. infra Adag. 577.
Erasmus Adag. II. 7. 59. *Te ipsam laudas* (ex Graeco Σαυτὴν ἐπαινεῖς ap. Zenob. V. 100.) Nunc quoque non infacete vulgus dictitat, *Malignos esse vicinos illi, qui ipse laudator sui fuerit*.
Pr. C. 221. Die hem seluen prijst heeft quade ghebueren.
Sese vicinos iactans habet undique pravos.
Tunn. 319. De sych seluen louen, de hebben qwade nabers.
Sese laudanti praesto est vicinia prava.
Tapp. 212*. *Te ipsam laudas*. (Erasm. II. 7. 59.)
**Wer sich selbs muß loben/ der hat böse nachbawren.**

268. Pr. C. 231. Die voerdeel hebben wilt, moet voerdeel doen.
Vis ut honoreris semper probos venereris.
Tunn. 404. Der vordel wyl hebben, der moet ouch vordel doen.
Fac alios adames, aliis si poscis amari.
**Franck** 1. 57. **Lieb/ wiltu geliebt sein.**
„ 1. 83. **Ehr will geehrt sein.**

269. Pr. C. 186. Die beste swemmers verdrincken meest.
Ende die meeste climmers breken den hals meest.
Saepe natatores submerguntur meliores.
Sic et scansores collum frangunt meliores.
Tunn. 306. De besten swemmers verdrinckent meist.
Optimus interdum natatorum mergitur unda.
Tunn. 304. De hogest clemmer bricht yrsten den hals.
Ardua scandentes perdunt cum pectore collum.
**Agr.** 205. **Die hohen steiger fallen gerne/**
**die guten schwymmer ertrincken gerne.**

**270.** Dici insuper solet: Qui omnia epotare vult flumina, vel tandem submergetur in uno; hoc est: qui se omnibus rebus et periculis fortunaeque rotae ingerit et committit, postremo succumbet.

**271.** Ad idem alludit: Non omnes voluptates lucrosas esse; quoniam, qui omnia attentare vult, tam damna quam incommoda exspectet necesse est.

**272.** Antiquis canibus non facile vincula iniicies; aut: Certe non facile domabis canes inveteratos. Sic indurati in criminibus et vitiis, non facile revocantur ab illis.

**273.** Hoc ego ipse didici experientia, homines, antequam perveniant ad L vel LX annos, semper velle esse iuvenes et mentiri floridam aetatem; post LX annos effuse praedicare annositatem et ultra modum senectutem arrogare. Inde enim auctoritatem a multis annis aucupari student.

**274.** Raro meliora subsecutura, dicimus de praefectis et dominis, quorum successores maiori ex parte deteriores sunt, et crudeliores praecessoribus. Proinde

---

272. Erasm. Ad. I. 2. 61. *Senis mutare linguam.* His finitimum est, quod vulgo quidem, attamen haud quaquam ineleganter dicitur, *Serum esse, canes vetulos loris assuefacere.*
Pr. C. 576. Oude honden sijn quaet bandich te maken.
Non vult annosus fore tentus reste molosus.
Tunn. 817. Olde hunde synt quaet bendich to maken.
Ora canis vetuli domitantur verbere nullo.
Tapp. 8. *Senis mutare linguam.* (Erasm. I. 2. 61.)
Alte hund seind nit gůt bendig zu machen.
Franck 1. 81*. Alt hund bőß zu bannen.
Franck 1. 87. Alt hundt findt bőß zu bendigen.

Aesopus prudenter, ut alia omnia, dicit: Τότε μάλιστα τοὺς προτέρους δεσπότας οἱ οἰκέται ποθοῦσιν, ὅταν τῶν δευτέρων λάβωσι πεῖραν, id est, *Tunc maxime priores heros*, seu *dominos*, *famuli desiderant*, *quando secundorum ceperint experientiam*.

**275.** Ululandum esse cum lupis, volunt nostri; hoc est: hominem debere se conformare cum moribus hominum, cum quibus cogitur vivere.

P. 124.

**276.** Stultos, pueros, et ebrios non esse commovendos, traditur; quoniam dicant veritatem. Quicquid enim submurmurant homines de alio sinistri, hoc illi palam efferunt.

---

274. *Aesopus*. Fab. Planud. 45.

Agr. 127. Es kömpt kein besserer.

Franck 1. 83. Es kompt selten das best hernach.

Franck 1. 51. Das best kompt selten hernach/
Es volgen ymmerzů böser tag.

275. Erasmus Collect. Adag. Veter. F°. X*. [116.] *Aut bibat aut abeat* (ex Cicer. Tusc. V. c. 41. 118.) Morale sane et ad multas res accommodabile, maxime autem, ut aut eorum quibuscum vivimus moribus obsecundemus, aut si id non libet, a consuetudine eorum recedamus. Id quod hodie a vulgo dicitur, *Collatrandum esse canibus*, *quibuscum vivere constitueris*.

Pr. C. 210. Die met woluen omgaet moeter na huylen.
Si lupus ipse lare secum debes ululare.

Tunn. 282. Der myt den wulfen ys, der moet myt en hulen.
More lupi vivent, habitantes antra luporum.

Tapp. 49. *Lex et regio*. (Erasm. I. 1. 93.)

Wer bei den wölffen ist/ der můß mit jnen heülen.

Franck 1. 46*. Wer bey den wolffen sein wil/ der můß mitt jhnen heulen.

276. Erasmus Adag. I. 7. 17. *In vino veritas*. (ex Graeco Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια ap. Zenob. IV. 5.) Durat et hodie vulgo proverbium, *Non audiri verum*, *nisi a tribus hominum generibus*, *pueris*, *ebriis et insanis*.

**277.** Maiores nostri superbiam summopere detestati sunt, neque esse honorificam, nisi dum galea induitur et signa expanduntur et volant, ut more nostro loquar; hoc est: tunc aliquis laudandus est ex superbia, dum progrediendo in proelium primus et cum primis esse vult.

**278.** Amor occultari non potest; dicitur de amatoribus caecis, qui omnia palam habent, uti ego alibi cecini:

*Nudus et investis tantum prodire Cupido*
*Secretumque nihil gestit habere deus.*

et Ovidius: — *Quis enim bene celat amorem?*

**279.** Nostri volunt: Illum facile ditari, cui male volunt uxores et bene apes — alii dicunt, oves et equi — hoc est: cui multae uxores moriuntur, ut lucretur dotes earum, et cui feliciter apes (facile enim moriuntur quibusdam) proveniunt.

**280.** Dicunt nostri: Novam scopam bene purgare et verrere domum: sic novos servos in principio bene servire.

---

Tunn. 1296. Vulle lude, gecke, vnd kynder salme nicht tergen.
Ebriacos, fatuum et noli irritare puellos.

Franck 11. 35*. Kinder / narren / vnd voll leut sagen gern die warheyt.

277. Franck 1. 83*. Hoffart ist allenthalb sünd / sie hab dann ein helmlin auff / vnd trag ein fornen.
Inn kriegen ist alleyn hoffart ein ehr / wer sich da am höchsten auffbrüst vnd hinfür bricht / der ist der best.

278. *Ovidius.* Heroid. XII. 37.
Franck 1. 83*. Lieb laßt sich nit bergen.

279. Franck 1. 83*. Der würt leicht reich / dem die weiber übel wöllen / die ymmen vnd schaf wol.

280. Pr. C. 549. Niewe bessemme veeghen wel.
Scobit scoba bene nova singula cunctaque plene,

**281.** Nemo omnibus placet. Sic quidam versificatus est:

*Qui cunctis placeat, non credo quod modo vivat.*

Sic dicit Demosthenes: Πάντων δυσχερέστατον τὸ πολλοῖς ἀρέσκειν, id est, *Omnium difficillimum hoc scilicet multis placere.*

**282.** Pallium pendendum est contra ventos.

**283.** Aliter dicitur: Navigandum est pro ventorum flatibus.

**284.** Malum est venari cum canibus invitis.

---

Tunn. 802. Nye bessem keren wal, nye knechte arbeyden wal.
Verrit humum bene scopa recens, famulusque laborat.

Franck 1. 84. New besem keren wol.

281. *Quidam.* Non subit mihi, nec multum quaerere sustinui, quisnam significetur poetaster.

*Demosthenes.* Vix dubium est quin Bebelius hauserit ex Stobaei Floril. T. 45. [43.] 22. ubi haec inveniuntur: Δημοσθένης εἶπε, Πάντων ἐστὶ δυσχερέστατον τὸ πολλοῖς ἀρέσκειν, quae quippe verba apud Demosthenem non reperiantur. Ad sensum proxime accedunt, quae leguntur in Epist. III. § 6. (p. 1481.) Τὸ μὲν γὰρ πᾶσιν ἀρέσκειν τὸν συμβουλεύοντα καὶ τὰ κοινὰ πράττοντα ἀδύνατον.

Erasmus Adag. II. 7. 55. *Ne Iupiter quidem omnibus placet* (ex Theogn. v. 25.) Hodieque vulgo dicunt, *Neminem inveniri, qui satisfaciat omnibus.* Nam aliis alia probantur.

Tunn. 1297. Nummant kan alle man alle wege behagen.
Nemo placere potest cunctis et nocte diuque.

Tapp. 208*. *Ne Iupiter quidem omnibus placet.* (Erasm. II. 7. 55.)
Wer kans machen das es yederman gefalle?

Franck 1. 83*. Wer kan iederman recht thůn/ der můst frů auff stehen.

282. Pr. C. 507. Men sal die heuke na den wynt hanghen.
Partis erit talis toga, ventus si borealis.

Tunn. 707. Men moyt de hoyken no den wynde hangen.
Palliolum rapidis tendendum flatibus ipsum.

Tapp. 60*. *Duabus sellis sedere.* (Erasm. I. 7. 2.)
(*Westph.*) Den heücken nae dem winde halden.

Franck 1. 84. Den mantel hencken/ darnach der wind hergeht.

284. Pr. C. 511. Met onwillighe honden eest quaet iaghen.
Impromptis canibus nil venator capit ullus.

**285.** Manibus vacuis haud facile accipitrem allicis atque capis.

**286.** Indusium propius tunica.

**287.** Cum puero bonum est ludere; quibus facile imponere possumus.

**288.** Cum malis equis glaciem frangimus.

---

Tunn. 733. Myt vnwylligen hunden ys qwaet yagen.
Venatum catulos invitos ducere stultum.
Tapp. 115*. *Invitis canibus venari.* (Erasm. I. 7. 65.)
Mit vnwilligen hunden ist nit gůt jagen.
Franck 1. 16*. Mit vnwilligen hunden fahet man nicht.
Franck 1. 84. Man fahet nit vil wann man die hund zu lauffen oder jagen nőt.

285. Erasmus Collectan. Adag. Veter. F°. VII* [n. 61.] *Necesse est facere sumptum, qui quaerit lucrum* (ex Plauti Asin. I. 3. 65.) Prius damnum est faciendum ei qui lucrum cupit. Id quod vulgato proverbio dictitant, *Vacuis manibus non facile falcones revocari.*
Pr. C. 512. Met ydelre hant eest quaet hauicke locken.
Si manus est vacua, non accipitrem vocat illa.
Cum manibus vacuis nequit austor illaqueari.
Tunn. 734. Myt leydiger hant ys qwaet haueck locken.
Accipiter palma non alliciendus inani.
Franck 1. 84. Mit nicht fahet man nicht.
Mit leren henden faht man keinn falcken oder habich.

286. Pr. C. 522. Minen rock es mi na, mer theemde naerder.
Est prope sed propior mea lanea linea vestis.
Tunn. 746. Dat hemmet ys neger dan de rock.
Indusium tunica propius, fraterque nepote.
Tapp. 22*. *Tunica pallio propior.* (Erasm. I. 3. 89.)
Das hembd ist mir neher dann der rock.
Franck 11. 9. Das hembd ligt eim näher dann der rock.

287. Franck 1. 84. Es ist gůt mit kindern spilen.

288. Pr. C. 513. Met quaden gulen breectmen ys.
Peior equus glaciem frangit pedibus male mollem.

**289.** Uno crine trahitur voluntarius.

**290.** Si fur furari desistet, desistet latrare canis.

**291.** Promissio parit debitum.

P. 125.

**292.** Mensura omnium rerum optima. Ita dicit Pythagorae aureum carmen: Μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον, id est, *Mensura autem in omnibus optima*, et Cleobulus: Μέτρον ἄριστον, id est, *Mensura optima.*

---

Tunn. 736. Myt qwaden gulen breckt me dat yes.
Acer equus glaciem pedibus confringit ahenis.
Tapp. 132. *Scindere glaciem.* (Erasm. III. 5. 95.)
Mit bösen geulen bricht man das eiß.
Franck 1. 84. Mit bösen pferden bricht man das eiß.

289. Pr. C. 523. Men toghe mi wel met enen haer daer ic gaerne waer.
Quando libens graditur, crine vir attrahitur.
Tunn. 748. Der willige ys lychtelick te trecken.
Ultroneus nutu trahitur soloque capillo.
Franck 1. 84. Man mag den willigen leicht wincken.
Mit eim härlin zöh man jn darzu.

290. Pr. C. 455. Liet die dief sijn stelen, die hont liet sijn bassen.
Si fur cessaret furari nemo latraret.
Tunn. 682. Leyte de deyff sijn stelen, de hunt leyte syn blecken.
Fure canis nullus cessanti latrat in aula.
Franck 11. 183*. Laßt der dieb seins stelens/ so laßt der hund seins bellens.

291. Pr. C. 460. Loefte maect schult.
Ius est implere promissa decentia vere.
Tunn. 676. Loefte maken schult.
Debita promissum parit et peccamina culpam.

292. *Pythagoras.* Clausulam faciunt ista verba versus hexametri, qui inter Aurea Carmina est v. 38. (in Fragm. Philos. Graec. ed. a Mullachio. p. 195.)
Μηδ' ἀνελεύθερος ἴσθι· μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.
*Cleobulus.* Huic sapienti hanc sententiam assignat Demetrius Phalereus in VII Sapient. Apophthegm. ap. Stobaeum Floril. T. 3. 79. *a.* (ed. Mullach. l. c. p. 212.) et Diogen. Laert. I. 93. itemque Ausonius Lud. Sept. Sap. VII. 1.

**293.** Omnis homo debet temeritati ludibrium.

**294.** Aliter: Stultitiae calceos cogitur conterere omnis homo; dicitur in senes amatores, qui se in adolescentia continuerunt adeo, ut fortuna reposcat ex omni homine ad tempus stultitiam; ut dicit vulgus.

**295.** Stulti non indigent tintinnabulis; quoniam facile ex moribus cognoscuntur.

**296.** Taurus revertetur taurus, etiamsi Parisios ducatur.

---

*Cleobulus ego sum, parvae civis insulae,*
*Magnae sed auctor, qua cluo, sententiae*
*Ἄριστον μέτρον, quam dixisse existimant.*

Erasmus Collectan. Adag. Veter. F°. 1* [n. 6.] *Dimidium plus toto.* Haec primum ab oraculo profecta sententia adeo in proverbium abiit, ut a nullo philosopho, nullo poeta non fuerit celebrata: quin hodie quoque nemini non est in ore, *Omnibus rebus modum adhibendum.*

Pr. C. 469. Mate es goet tot allen dinghen.
Fertur: in omne quod est mensuram ponere prodest.

Tunn. 659. Mate ys in allen dynghen guet.
Cunctarum semper modus est pulcherrima rerum.

Tunn. 1251. Mate ys in allen dyngen guet.
In rebus servasse modum quam maxima laus est.

Agric. 38. Masse ist zu allen dingen gut.

294. Franck 1. 84. Es muß ein ieder ein par narren schůch zerreissen/ zerreißt er nit mehr.

295. Pr. C. 475. Men derf ghenen dwaes bellen aen hanghen.
Non appendatur nola stulto; more notatur.

Tunn. 666. Men houet den doren nyne cappe an neyen.
Non opus est stulti caput exornare cucullo.

Franck 1. 84. Narren dörffen keyner schellen/ man kents an jrn sitten.

296. Cf. infra Adag. 473. *Qui stultus exit, stultus revertetur.*

Pr. C. 483. Men drijf een vere te Mompelier,
comt hi weder, hi blijft een stier.
Duc prope vel longe taurum, taurus redit ipse.

Tunn. 697. Eyn esel blifft eyn esel, qweme he ock tho Rome.
Ignarus rediit, Romam deductus asellus.

**297.** Rana ad paludes resilit, etiamsi in solium locaveris.

**298.** Honoratur arbor ob umbram.

**299.** Ventri non possumus mentiri.

---

Tunn. 735. Dat eyn esel veer loept, dar vmme ys he de gelerder nicht.

Excurrens Romam non fit mage doctus asellus.

Agr. 718. Ein ganß fleugt vber meer/ ein ganß kompt herwidder.

Tapp. 32*. *Coelum non animum mutant qui trans mare currunt.*

(*Westph.*) Es floge eyn gans über Rein/ vnd kam eyn gagag her wider.

Franck 1. 84. Ein kraw über Rheyn geflohen/ kompt ein kraw herwider.

" 11. 184. Ein Esel bleibt ein Esel/ keme er auch ghen Rom.

297. Pr. C. 484. Men sette een vorsch op een stoel,
hi sprinct weder in sinen poel.

Resilit ad prata ranuncula sede locata.

Tunn. 698. De vorsch sprinckt wedder in den poel,
al sete he ock vp eynen groten stoel.

Ad stagnum resilit, tenet etsi rana cathedram.

Tapp. 27*. *Simia est simia, etiamsi aurea gestet insignia.* (Er.I.7.11.)

(*Holland.*) De vorsch huppet weder in den pol/
Wan he ock sethe vp een gulden stol.

Franck 11. 22. Der frosch hupfft wider in den pfůl/
Wann er auch sesse auff einem guldin stůl.

298. Pr. C. 486. Men nighet den boom daer men baet of heeft.

Arbor honoratur cuius nos umbra tuetur.

Tunn. 700. Men nyget den boem dar me bate aff heefft.

Arbor honoratur quae nobis exhibet umbram.

Franck 1. 84. Man ehrt den baum vom schatten wegen.

299. Erasm. Ad. II. 8. 84. *Venter auribus caret.*

Pr. C. 497. Man mach den buyck niet lieghen.

Mentiri ventri nullus valet esurienti.

Tunn. 719. Den buych luychtmen nicht.

Crede mihi, nullus ventri mentitur inani.

Franck 1. 23. Der bauch laßt sein nit vergessen.

**300.** Multitudine franguntur arces.

**301.** Dici etiam solet: Cura conservat arces.

**302.** Saepe puer in proprium corpus virgam componit; id est: in proprium periculum aliquis laborat.

**303.** Plures sunt fabri, quam boni artifices.

**304.** Fides nimia semel equum abegit; dicitur in illos, qui nimiam hominibus fidem adhibent.

---

300. Pr. C. 502. Menichten breken borghen ende sloten.
Ingenti turba franguntur fortia castra.
Tunn. 713. Stede vnd slotte werden verdestruiert van ruteren.
Milite castra ruunt, muri franguntur et urbes.

302. Erasmus Adag. I. 1. 86. *Faber compedes quas fecit, ipse gestet.* (ex Ausonii Id. VII. in f. Epist. Dedic.) Huic simile quiddam, humilius quidem, sed tamen aptum vulgo dicitur, *Flagellum ipse paravit, quo vapularet.* Idque sumptum a pueris aut servis, qui coguntur aliquoties ipsi parare virgas quibus vapulent.
Pr. C. 504. Menich maect een roede tot sijn selfs eers.
Saepe suum proprium fecit puer ipse flagellum.
Tunn. 712. Mannich maket eyne rode tot synen egen sterte.
Virgam saepe puer propriam connectit in anum.
Tapp. 61*. *Faber compedes, quas fecit, ipse gestet.* (Erasm. I. 1. 86.)
Er hat yhm eyn rûthen zû seinem eygnen arß gemacht.
Franck 11. 58*. Die rût hat er jm selbs auff seinn arß gemacht.

303. Pr. C. 520. Men vint meer werclieden dan goede meesters.
Hic duo, hic bis ter factores, nemo magister.
Tunn. 743. Men vynt meer discipulen dan gelerder meysters.
Discipuli plures quam vivunt arte magistri.
Franck 1. 47*. Es findt vil anrichter / aber wenig arbeyter.

304. Agr. 14. Trawe wol reitet das pferd weg.
Tapp. 144. *Fiducia pecunias amisi.* (Erasm. III. 3. 55.)
Trawe wol / reitet das pferd hinweg.
Franck 1. 84. Trawwol rit das pferd hinweg.

**305.** Misera est vulpes, quae unum tantum latibulum habet.

**306.** Longa valetudo certissima mors.

**307.** Dicitur item: Qui quotidie moriuntur, nunquam moriuntur.

**308.** Qui immoderate omnia cupiunt, saepe in totum frustrantur.

**309.** Audivi nuper dici a quodam religioso viro, ut vocantur nunc monastici: Virum bonum et probum, eumdem et lutosum esse; hoc est, non emersurum, sed in luto et paupertate mansurum. Dicitur ergo in proverbio Graecorum: Εὐ ἀγαθὸς εὐ ἀπατήλιος, id est, *Valde bonus, valde deceptibilis.*

---

305. Erasmus Ad. V. 1. 4. *Mus non uni fidit antro.* Nihil hodie decantatius apud vulgus, quam eum murem esse miserum, cui non est nisi unus cavus. Idem Plautus expressit in Trucul. IV. 4. 14.

Franck 1. 84. Es ist ein armer fuchs / der nit mehr dan einn loch hat.

306. Tunn. 1316. Lange kranckheyt ys de wysse doet.
Longa valetudo mors est certissima semper.

Franck 1. 84*. Lang kranck stirbt hindennach.
Langer kranckheyt kompt man selten auff.

308. Pr. C. 270. Die al wil hebben en sal niet hebben.
Nil habeat iure, qui vult bona solus habere.

Tunn. 356. De dat wyl hebben al, de krycht vake nicht.
Omnia qui poscit, plerumque recedit inanis.

Agr. 113. Wer zuuil wil haben / dem wird gar nichts.

Tapp. 203*. *Duos insequens lepores neutrum capit.* (Erasm. III. 7. 36.)
Wer zuuil wil haben / dem wirt offt gar nichts.

Fr. 1. 84*. Wer zu vil wil han / dem wirt zu wenig.

309. Proverbium istud Graecorum unde hauserit Bebelius, invenire non potui.

**310.** Pudor coronetur; hoc est: pudorem rem esse optimam et coronatione dignam.

**311.** Gaudet stultus dum laudatur.

**312.** Canis est audax ante suum foramen, vel, iuxta proprias aedes.

P. 126.

**313.** Maxime promovent venditionem verba diserta.

**314.** Non bene quadrant iocus et damnum.

---

Franck 11. 63. Ein fromm man on arglist/ wie ein taub/ acht iederman einfeltig wie er ist/ drumb wirt er offt geäfft.

310. Pr. C. 609. Schamelheyt draecht die crone.
Iure coronetur, quicunque pudore repletur.
Tunn. 931. Schemmelheyt drecht de krone.
Ille coronandus, quicunque pudore rubescit.

**433.** Non proderit semper dixisse veritatem.

**434.** Aliter dici solet: Claudi ostia illis, qui semper veritatem dicunt.

**435.** Ob tenuem culpam lupus momordit ovem; dictum in potentes, qui facile infirmioribus iniurias inferunt

**436.** Curae cito senescere faciunt.

**437.** Divitiae pariunt curas.

---

433. Fabri de Werdea n. 308. v. 683.
Franck 1. 87. Es nützt nit alweg die warheyt sagen.

434. Pr. C. 282. Die al waer wil segghen en can nerghens gheherberghen.
Ostia clausa sera mihi sunt, quia profero vera.
Tunn. 383. Der de warheyt secht, der en kan nicht herbergen.
Cogitur esse foris, verum qui dicere curat.
Franck 11. 170. Der die warheyt sagt/ kan kein herberg vberkommen.

435. Pr. C. 590. Om cleen sake bijt die wolf dat scaep.
Saepe lupi modica fit ovis cibus undique causa.
Tunn. 855. Umme eyn kleyn schult bijt de wulleff dat schaep.
Crimine vel parvo lupus agnum mordet agrestis.
Franck 1. 87. Es mag leicht ein vrsach sein/ das der wolff das schaf frißt.

436. Iesus Sirach XXX. 25. (*Schulze* n. 171.)
Erasmus Ad. III. 7. 46. *Anno senior fio.* Quoties aliquid nobis magnopere molestum significamus, *senescere nos* etiam vulgo dicimus.
Pr. C. 591. Onnutte sorghe doet vroech ouden.
Mane fit antiquus, qui curae vilis amicus.
Tunn. 856. Sorge maket eynen olt vnd gryes.
Cura senem canosque facit et gaudia tollit.
Franck 1. 140*. Sorgen macht graw har.

437. Pr. C. 595. Penninghe doen den man sorghen.
Reddit sollicitum te copia denariorum.
Tunn. 861. Grot gelt maket grote sorge.
Sollicitos reddit mortales copia nummûm.
Franck 1. 158. Vil gelt vil sorg. — Ye reicher/ ye mehr sorg.

**438.** Amor multos perdit. Ad hoc alludit Euripides in Medea iambico trimetro:

Βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα,

id est, *Mortalibus amores quam malum magnum.* Et ego adolescens more stultorum amasiorum scribere solebam creta in parietibus hinc inde: ὦ ἔρως πῆμα ποθεινόν, hoc est, *o Amor, nocumentum amabile.*

**439.** Cuilibet matri filius suus formosissimus. Ita dicit Quintilianus in Declamat. *Nemo non formosus filius matri.* Dicitur etiam ita: Noctuae pullus suus pulcherrimus.

P. 133.

**440.** Vulpem in proprio nido educavi; hoc dici solet in ingratos, qui, quamquam plura beneficia acceperint, non tamen verentur malefacere benefactoribus. Sicuti vulpes, quae, etsi a nobis sit educata, non tamen abstinebit a gallinis nostris, nec mutat naturam.

**441.** Dici item solet a nobis: Vulpes non dimittit naturam. Ad quod alludit, quod apud Graecos dicitur: Ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν οὐ δύναται, id est,

---

438. *Euripides* Med. 330.

439. *Quintilianus* Declamat. XVIII. 9.

Franck 11. 68*. Quis filius non formosus matri?

Einn ieben dunckt sein eul ein falck sein.

440. Erasmus Adag. I. 10. 18. *Vulpes haud corrumpitur muneribus* (ex Graeco Ἀλώπηξ οὐ δωροδοκεῖται ap. Zenob. I. 71.) De callidis ac versutis, quos haud facile sit obiecto munusculo, aut assentatiuncula, pollicitisve fallere. Cf. Scholia ad Theocr. V. 38.

441. Ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν οὐ δύναται Est pentameter alter Epigrammatis poetae ignoti in Anthol. Pal. IX. 47. (in Anthol. Gr. Iacobsii T. II. p. 19.)

*Aesopus* Fab. Planud. 71.

*Beneficium*, vel *gratia*, *mutare naturam non potest*, quoniam, ut Aesopus dicit: Φύσις πονηρὰ χρηστὸν ἦθος οὐ τρέφει, id est, *Natura maligna bonum morem non nutrit.*

**442.** Dum vinum intrat, exit sapientia. Ad quod alludit Menander:

Ὁ πολὺς ἄκρατος μικρὰ ἀναγκάζει φρονεῖν,

hoc est, *Multum merum pauca cogit sapere.*

**443.** Necessitas frangit ferrum; dicimus saepe de illis, qui ex fame aliquando furantur. Huic proverbio consentit Menander:

Ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πολλὰ ποιέομεν κακά,

hoc est, *Prae necessitate multa facimus mala.* Est et Graecum dicterium: Ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται, id est, *Necessitati neque dii pugnant.*

---

Erasmus Ad. III. 3. 19. *Lupus pilum mutat, non mentem:* (Ex Graeco Ὁ λύκος τὴν τρίχα, οὐ τὴν γνώμην, ἀλλάττει ap. Apostol. XII. 66.)

Tunn. 1257. De vos krycht wal nye haer, mer he blyfft al eyn deiff. Saepe pilos mutat, non mores, callida vulpes.

Franck 1. 104. Der fuchs verkert sein haut/ aber nit sein gemůt.

„ 11. 22. Wölff vnd fůchs endern jr heut vnnd har/ aber nit jr art.

442. *Menander* Monost. 420.

Pr. C. 3. Als die dranc comt, so is die reden wt. Quando venit potus, cessat sermo quasi totus.

Tapp. 174*. *Sapientia vino obumbratur.* (Erasm. II. 2. 61.)

Wann der wein ingehet/ so gehet die weißheyt auß.

Franck 1. 83. Wo wein eingeht/ da geht witz auß.

443. *Menander* Monost. 524. cui similem versum Erasmus Ad. II. 3. 41. *Adversum necessitatem ne dii quidem resistunt* citavit:

Ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πάντα δουλοῦνται τάχα,

id est, *In servitutem cuncta agit necessitas.*

**444.** Semper peius opinamur. Huic proverbio astipulatur Quintilianus in Declamat. *Quia semper apud sollicitos in deterius prona est persuasio.*

**445.** Omnia perduntur, quae in ingratos conferuntur. Ad hoc astipulatur Phocylides:

Μὴ κακὸν εὖ ἕρξῃς· σπείρειν ἴσον ἔστ' ἐνὶ πόντῳ,

hoc est, *Noli in malum virum beneficium conferre; est ac si in mari semines*; vel: *Ne malo benefacias, seminare aequale est in mari.* Et Lucianus pulcherrimo disticho:

Φαῦλος ἀνὴρ πίθος ἐστὶ τετρημένος, εἰς ὃν ἀπάσας
'Αντλῶν τὰς χάριτας, εἰς κενὸν ἐξεχέας.

id est: *Malus vir dolium est perforatum, in quod omnes immittens*, vel *hauriens*, *gratias in vanum effudisti.* Proinde sapienter, ut semper, Aesopus,

---

*Graecum dicterium.* Hoc dicto Pittacum in suis versibus usum esse docet Plato in Protag. c. 31. p. 345. D. quem sequitur Diogenes Laertius I. 4. 77. sed eodem alios quoque usos esse docent interpretes ad Zenobium I. 85.

Tapp. 229*. *Adversus necessitatem ne dii quidem resistunt.* (Erasm. II. 3. 41.)

Noht bricht eisen.

Franck 1. 75. Not bricht eisen.

444. *Quintilianus* Declamat. XI. 3.

Tunn. 505. Die fruchte ys vake groter dan dat perikel.
Formido maior tristi plerumque periclo.

445. *Phocylides.* Pseudophocylidis Elegiar. Reliq. v. 152. — Apposite Plautus Poen. III. 3. 22.

*Malo si quid benefacias, id beneficium perit.*

*Lucianus* Epigrammate 8. (in Anthol. Gr. Iac. T. II. p. 41. n. 120.)

*Aesopus* Fab. Planud. 128.

*Cleobulus.* Sub huius nomine hoc praeceptum memoravit Demetrius Phalereus' in VII. Sapientum Sentent. ap. Stobaeum T. 3. 79. (in Fragm. Philos. Graec. ed. Mullach. p. 216.)

Pr. C. 13. Al verloren, datmen den onbekenden doet.
Ingrato quod agis, hoc semper et undique perdis.

fabulator egregius et philosophus maximus: Οὐδὲν ὠφελήσεις σαυτὸν, πονηρὸν ἄνδρα τιμῶν, αὐτὸν δὲ τύπτων πλέον ὠφελήσεις, id est, *Nihil iuvabis te ipsum, improbum virum honorans, eum autem verberans magis iuvabis.* Econtrario optimum est praeceptum Cleobuli, unius ex septem sapientibus: Τοὺς ἀγαθοὺς ἀγαθὰ ποίει, quod est, *Bonis beneficia fac.*

**446.** Pro cupro, quod Latini argentarium vocant, cuprea missa (quae vocatur ab ecclesiasticis) habenda est. Quod ita trivialis versificator lusit:

*Pro cupreo cupreas nummo lege, clerice, missas,*
hoc est, Pro mercedis qualitate laborandum est. Ad hoc quadrat; quod nuper quidam sacerdos, mihi notissimus, fecit; cui cum quaedam inops vetula paucos nummos afferret ut ei missam legeret, dixit: Abi, matrona, illa enim pluris mihi in officina constat.

P. 134.

**447.** Aliud proverbium rusticorum.

Hiems nunquam tam frigida est, nec sacerdos tam

---

Tunn. 24. Al verloren, dat me den vndanckberen doet.
Ingratis quicquid damus, id committitur aurae.
Franck 1. 87*. Gnad vnd wolthat endert nicht ans vndanckbarn natur.

446. Pr. C. 153. Coperen ghelt coperen zielmisse.
Si modicum valet aes, missae sunt pauca valentes.
Pro cupreo cupreas nummo lege, clerice, missas.
Tunn. 711. Koperen pennynge, koperen seyle mysse.
Res divina brevis, pretium si vile ministrant.
Tapp. 108*. *Nullus emptor difficilis bonum edit obsonium.* (Erasm. III, 3. 50. ex Graeco Οὐδεὶς δυςώνης χρηστὸν ὀψωνεῖ κρέας ap. Apostol. XIII. 30.)
Küpffern geldt/ küpffern seelmess.
Franck 1. 87*. Küpffern gelt/ küpfferin seelmeß.

senex, ut frigeret dum offerunt ei in altari rustici. Ita versificatus est quidam:

*Clericus annosus, licet imber sit furiosus,*
*Non poscit prunam, cum drachmam suscipit unam.*

**448.** Ubi lingua loquax, ibi pax nulla.

**449.** Litem lite solvere: dubium dubio.

**450.** Tam vera nunc sunt somnia, quam ante centum annos; hoc est: semper vana et falsa. Tibullus:

*Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,*
*Et pavidas mentes falsa timere iubent.*

---

447. Fabri de Werdea n. 97. v. 247.
Tunn. 335. Um wynninge geyt der pape an dat altaer.
Propter habere petit repetitque altare sacerdos.
Agr. 298. Der winter ward noch nie so kalt/
Der Pfaffe auch noch nie so alt/
Das er des fewers begerte/
Dieweil das opffer werte.
Tapp. 47. *Atticus moriens porrigit manum.* (Erasm. II. 7. 46. ex Graeco Ἀττικὸς ὑπέχει τὴν χεῖρα ἀποθνήσκων ap. Diogenian. III. 12.)
Der winter ward noch nie so kalt/
Der pfaff ward auch nie so alt/
Das er des feürs begert/
Dieweil das opffer wert.
Franck 1. 87*. Es ward keyn winter nie so kalt/
Vnd keyn priester nie so alt/
Das er der koln begert/
Dweil das opffer werdt.

448. Franck 1. 87*. Ein geschwetzig maul verwirrt ein gantz land.

449. Horat. Sat. II. 3. 103.
*Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit.*

450. *Tibullus* III. 4. 7.
Iesus Sirach XXXIV. 3—7. (*Schulze* n. 173.).
Pr. C. 296. Droom is also waer, als hi was ouer hondert iaer.
Deludunt homines nunc somnia, quod vetus est res.

**451.** Vinum sapit naturam vitis, ita suae arboris pomum.

**452.** Qui facile credit, facile decipitur.

**453.** Proprius focus auro comparandus; dicitur in eos, qui sine quiete in aliorum aedibus victitant.

---

Tunn. 451. Drome sijnt so waer, als sij waren ouer hundert yaer.
Somnia deludunt animos de more vetusto.
Agr. 623. Tremme sind lügen.
Franck 1. 87*. Es sind die träum jetz so war / als vor 100 jarn.

451. Iesus Sirach XXVII. 7. Matth. VII. 16. XII. 33. Luc. VI. 44. (*Schulze* n. 210.) Cf. supra Adag. 217.
Pr. C. 298. Die wijn smaect gheerne sins stocs.
Naturam vitis sequitur vinum, bene scitis.
Pr. C. 299. Den appel smaect sijns booms.
Dum gusto poma, tunc pomus fit mihi nota.
Tunn. 452. De wyn smaket na dem stamme, de appel na dem boeme.
Lenaeus vitem sapit et poma arboris ortum.
Franck 1. 87*. Der wein schmeckt nach dem stock.
Die frucht ist wie der baum.
„ 1. 162*. Wie der stock / also der wein.

452. Iesus Sirach XIX. 4. (*Schulze* n. 157.)
Fabri de Werdea, n. 102. v. 257 et n. 339. v. 745.
Erasm. Adag. III. 3. 55. *Fiducia pecunias amisi.* Iactatur et hodie, vereque dicitur, *Fiducia plerosque mortalium falli.*
Pr. C. 317. Die gheringhe gheloeft, es haest bedroghen.
Qui leviter credit, deceptus cito recedit.
Tunn. 495. Die lychtlich gelufft, wirt balde bedroghen.
Qui leviter credit, actutum fallitur idem.
Agr. 16. Wer leichtlich gleubt / wird leichtlich betrogen.
Tapp. 144. *Fiducia pecunias amisi.* (Erasm. III. 3. 55.)
Wer leichtlich glaubt / wirt leichtlich betrogen.
Franck 1. 87*. Der leicht glaubt / würt leicht betrogen.
„ 11. 96*. Wer leicht glaubt / wirt leicht betawbt.

453. Pr. C. 336. Eyghen heert es gout weert.
Est quasi qui proprius aureus ipse focus.
Tunn. 440. Eyn eygen hoert ys goldes wert.
Est foculus proprius multo pretiosior auro.

**454.** Quatuor occidunt hominem ante tempus:
Uxor formosa, tristis familia, immoderatus cibus ac potus, aër corruptus.

**455.** Quatuor abscondi non possunt:
Tussis, amor, ignis, dolor.

**456.** Quatuor invitant hominem ad propria:
Uxoris dilectio, domus amoenitas, defectus sodalium, et temporis adversitas.

**457.** Prae ceteris rebus frustratur: Fletus pro mortuis, et cura pro temperie aëris.

**458.** Nulla arbor uno ab ictu cadit; sic sollicitandum et perseverandum est in re, quam impetrare petis.

---

Tapp. 104*. *Domus optima.* (Erasm. III. 10. 38.)
Eygen herdt ist golds werdt.
Franck 1. 87*. Eygner herd ist golds wert.

455. Tunn. 1319. Hoest, boelschap, vuyr vnd smerte wil nicht verborgen sijn.
Tussis, amor, flammae, nulli sunt tecta, dolorque.
Agr. 663. Vier ding lassen sich nicht bergen.
Ignis, Scabies, Tussis et Amor.

458. Erasm. Ad. I. 8. 94. *Multis ictibus deiicitur quercus.* Ex Graeco senario qui extat in Diogeniani paroemiis VII. 77*a*.
*Πολλαῖσι πληγαῖς δρῦς στερὰ δαμάζεται,*
De re factu quidem ardua, quae tamen assidua industria pervincatur; — quae, si vehemens non sit, tamen si perpetua atque indefatigata fuerit, res difficillimas quoque facile conficit; quemadmodum unicus ictus nihil adferre momenti videtur ad deiiciendam molem querni roboris, verum ea crebris ictibus facile prosternitur.
Pr. C. 200. Den boom en valt ten eersten slaghe niet.
Est arbor dura decies ferienda casura.
Arbor per primum quaevis non corruit ictum.
Tunn. 215. De boem en velt nicht van dem ersten slage.
Caede pirum decies; non uno frangitur ictu.
Franck 11. 58*. Es felt keyn eych von einem streych.
" 11. 68. Es felt kein baum von eim streych.

**459.** Haec tria non credenda esse mulieri, nuper accepi ab ipsis mulieribus. Primum, si fleverit, ut ante diximus. Item, si infirmam se finxerit: — nisi mortuam videris, non credas. Apposita sibi edulia nisi comederit in mensa, credas eam in culina prius repletam, aut suam sibi partem lautiorem seposuisse.

**460.** Si res parva, quies magna.

**461.** Quaestus parvus conservat magnum cumulum.

**462.** Parva avis, parvus nidus; hoc est: parvos parva decent.

P. 135.

**463.** Roma non fuit una die condita.

---

459. *Ante diximus.* Cf. supra Adag. 4. *Mulier, dum vult, flet.*

460. Pr. C. 144. Cleen ghepac es groot ghemack.
Si tibi parvula res, est tibi magna quies.
Tunn. 272. Kleyn gepack ys grot gemack.
Recula perquirit dulcem privata quietem.
Franck 1. 87*. Wenig küw/ wenig müh.

461. Pr. C. 145. Cleen ghewin hout den groten hoestoel tsamen.
Conservat magna parvum lucrum cumulata.
Fr. 1. 87*. Kleinr gwin macht den hauffen/ oder gwin/ nit klein.

462. Erasmus Adag. I. 7. 62. *Efficimus pro nostris opibus moenia* (ex Plauti Sticho V.| 4. 11.) Itidem vulgo dicitur hodieque: *Pusillae aviculae pusillos nidulos construunt.*
Pr. C. 148. Cleen voghelkens hebben cleene nestkens.
Nidificat nidum sibi quaevis avicula parvum.
Tunn. 4. Kleyne vogels hebbeu kleyne nest.
Exiguum nidum conquirit parva volucris.
Tapp. 108. *Efficimus pro nostris opibus moenia.* (Erasm. I. 7. 62.)
Kleyne vögel machen kleyne nestlin.
Franck 11. 85. Kleine vöglin machen kleine nestlin.

463. Pr. C. 152. Coelen en wart nyet ghemaect op eenen dach.
Sancta die nulla fuit ipsa Colonia facta.
Non fuit in sola bona luce Colonia facta.

**464.** Ubi bona custodia, ibi bona pax.

**465.** Ubi nullus pudor, ibi nulla honestas. Ideo optime dicit Euripides in Medea:

— ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων
Πασῶν, ἀναίδεια,

id est, *Maximum illorum, quae sunt inter homines, vitiorum omnium impudentia est;* vel: *Maximus eorum, qui sunt in hominibus, morborum omnium impudentia.*

**466.** Quod de die in diem, saepe ad annum differtur.

**467.** Saepe gladius gladio contunditur; hoc est: malus malo vincitur.

---

Tunn. 262. Coellen wart vp eynen dach nicht getzymmert.
Alta die solo non est exstructa Corinthus.
Agr. 292. Rom ward ynn eim iar nicht erbawet.
Franck 1. 87*. Ward doch Rom nit auff ein tag bawen.

464. Pr. C. 156. Daer goede hoede es, daer es goede vrede.
Pax ibi servatur, custodia quo dominatur.
Tunn. 257. Dar ys gudt vrede, dar gude hude ys.
Pax ibi clara viget, ubi fit custodia solers.
Franck 1. 87*. Wo man wol hůt / da ist gůter frid.

465. *Euripides* Medea 471.
Pr. C. 159. Daer gheen bedwanc en es, daer en es gheen eere.
Debet adesse timor, vel perit omnis honor.
Tunn. 275. Daer geyn dwanck ys, daer ys ouch geyn eer.
Nullus ubi timor est, honor et reverentia cedunt.
Franck 1. 162*. Wo kein scham ist / da ist kein ehr.

466. Pr. C. 164. Dach vorst wort dicke iaer vorst.
Quando dies unus differtur, saepe fit annus.

467. Pr. C. 168. Dat een zweert dwinghet dicke dander.
Cum gladio gladius interdum cogitur unus.
Tunn. 5. Dat eyne swert holt dat ander yn der scheyden.
Sica minax stricto cohibetur ab ense frequenter.
Franck 1. 87*. Ein schwert behelt das ander in der scheyd.

**468.** Quod Deo et honori detrahitur, saepe cedit in lucrum daemonis et turpitudinis.

**469.** Difficile est nudum spoliare. Apud Plautum est: *Nudo detrahere vestimenta.*

**470.** Quod a longinquis locis affertur, dulcius videtur. Ad hoc alludit hoc proverbium: Omnia rara cara.

---

468. Pr. C. 169. Datmen Gode ontrect, neemt dicke die duuel.
Daemon lucratur, a quo Deus exspoliatur.
Tunn. 2. Dat me Gode entuyt, dat nympt der duuel.
Subtractum Christo lucrum fit ditis Averni.
Franck 11. 149. Was man zu ehren erspart / das fürt der teuffel sonst hin.
Was man Christo nit wil geben / das můß man dem teuffel lassen.
Was man Got nimpt / gehört dem teuffel.

469. *Plautus* Asin. I. 1. 79.
Pr. C. 172. Den naecten es quaet beroeuen.
Nudum privare grave fit vel re spoliare.
Tunn. 119. De nakede ys qwaet tzo berouen.
Vestimenta potest a nudo tollere nemo.
Tunn. 242. Dusent en nement nicht eynem nakeden.
Mille nihil soli possunt subducere nudo.
Tapp. 144*. *Nudo vestimenta detrahere.* (Erasm. I. 4. 76.)
Dem nackenden die kleyder auß ziehen.
Wa nichts ist / da nemen auch tausent gewapneter mann nichts.
Franck 1. 117. Man kan keinn nackenden auß ziehen.

470. *Omnia rara cara.* Cicero de Amic. c. 21. 79. utitur: *Et quidem omnia praeclara rara.*
Pr. C. 174. Datmen verre haelt, es zuete.
Quod procul affertur, hoc dulcius esse refertur.
Tunn. 246. Dat men veer halet, dat ys dat sotest.
Dulce magis quidquid nigris affertur ab Indis.
Franck 1. 1*. Was frembd vnd seltzam / das kaufft man theur.
„ 11. 167*. Theur / was seltzam vnd ferr.
Das man verr holet / ist das best.
„ 11. 168. Das theur vnd seltzam / das lieb.

**471.** Dilectis pueris varia nomina damus.

**472.** Multae preces intrant saccum; hoc est: multas preces possumus audire, quas non exaudimus.

**473.** Qui stultus exit, stultus revertetur; iuxta Horatium: *Coelum, non animum, mutant, qui trans mare currunt.*

**474.** *Saepe dat una dies, quod non evenit in anno.*

**475.** Finis sustentat onus; hoc est: Si finis bonus est, omnia se bene habent, ut dicitur.

---

471. Pr. C. 179. Den lieuen kinde gheeft men menighen name.
Saepe datur nato varium nomen bene grato.
Tunn. 209. Den leuen kynde gyfft men vele namen.
Quam varium proli nomen praestatur amatae.
Franck 1. 87*. Den lieben kinden gibt man vil namen.

472. Pr. C. 189. Der bede gaet veel in den sack.
Tu petis et rogito, saccus tamen est quasi virgo.
Fert, ut plebs fatur, saccus, quod quisque precatur.
Tunn. 301. Der bede gaen vele yn eynen sack.
Solo magna precum retinetur copia sacco.
Franck 1. 87*. Vil bit gehn in einn sack.

473. *Horatius* Epist. I. 11. 27. — Cf. supra Adag. 296.
Pr. C. 217. Die eenen ghec wtseyndt, hem comt een dwaes weder.
Stultus iens mille leucas, stultus redit ille.
Tunn. 325. De eynen geck vysz send, dem kumpt eyn doer wedder.
Stultum ableganti stolidus fatuusque redibunt.
Tapp. 32*. *Coelum, non animum, mutant, qui trans mare currunt.*
(*Westph.*) Wer eyn narren vyth sendet/ dem kompt eyn dhor her wider.
Franck 11. 184. Der weit reyst verendert wol das gstirn/ aber nit das hirn.

474. Pr. C. 347. Eenen dach verleent, dat een heel iaer weighert.
Saepe dat una dies, quod totus denegat annus.
Tunn. 475. Eyn dach verleent wael, dat eyn heyl yaer weygert.
Praestat saepe dies, annus quod ferre recusat.
Franck 1. 87*. Das stündlin bringt offt/ das vil jar nit.

475. Erasmus Adag. I. 3. 37. *Finem vitae specta.* Quin hodieque passim omnibus est in ore, *Ab exitu rem spectandam esse.*
Pr. C. 641. Teynde moet den last draghen.
Finis portabit onus et factum reserabit.

**476.** Ad tibiam pertinent tympana.

**477.** Cum honore sit consilium.

**478.** Ubi canis mordax, ibi baculus sit; id est: malus domandus poenis.

**479.** Schola inutilis est sine doctore.

**480.** Non sunt omnes venatores, qui cornu canunt.

---

Tunn. 870. Dat ende moet de last dragen.
Omnia finis habet, finis iucunda probatur.
Tapp. 15*. *Res indicabit.* (Erasm. III. 4. 49.)
Das end můß den last tragen.
Franck 11. 14. Das end / oder das letst / můß den last tragen.
Pr. C. 436. Ist deynde goet, so eest al goet.
Totum laudatur, finis si laude beatur.
Si finis bonus est, totum laudabile tunc est.
Tunn. 614. Alle dynck ys guet, als dat ende guet ys.
Omnia laudantur, bonus est dum finis et aptus.
Franck 1. 40. Ist das end gůt / so ists alles gůt.

476. Pr. C. 643. Ter pypen hoert een bonghe.
Musae quando sonant, sonitum bene tympana donant.
Tunn. 872. Bij der pype hort die bunge.
Iucundus sonus est, calamo si tympana iungis.

477. Pr. C. 644. Ter eeren hoert raet.
Consilii flore pollens hic vivit honore.

478. Pr. C. 645. Ten quaden honden hoert eenen cluppel.
Non desit baculus, ubi vult mordere catellus.
Tunn. 874. Tot quaden hunden horen quade kluppels.
Mordentes catuli baculo terrentur acerbo.
Tunn. 1067. Tegen bose hunden horen quade stocke.
Saeva canum rabies duro cohibenda bacillo.

479. Pr. C. 648. Ten doech gheen schole sonder meester.
Est sine doctore schola sterilis absque valore.
Tunn. 877. Wat doich eyne schole sunder meyster?
Est schola nullius sine praeceptore momenti.

480. Pr. C. 649. Ten sijn niet al iaghers die horen blasen.
Non est venator omnis cornu modo flator.
Tunn. 878. Het sijnt nicht al yegers, de wal ynt horn blasen.
Non est venator, cornu qui succinit, omnis.
Franck 1. 87*. Es sind nit all jäger die hörnlin füren.

**481.** Deus suos amicos visitat.
**482.** Bona acquisita facile retinentur.
**483.** Communia multis bona facile perduntur.
**484.** Nemo inimicum etiam imbecilliorem contemnat.
**485.** Simile a similibus amatur.' Ad hoc alludit Graecum proverbium: Κολοιὸς πρὸς κολοιὸν, id est, *Graculus ad graculum.* Et Empedocles, qui dicit: Ὅμοιον τοῦ ὁμοίου ἐφίεσθαι, id est, *Simile suum simile appetere.*

---

487. Pr. C. 357. God visenteert sijn vrienden.
Visitat hos homines Christus, quos diligit, omnes.
Tunn. 780. God sucht syne vrunde.
Visitat ipse Deus populum, quem diligit usque.

482. Pr. C. 361. Ghewonnen goet es goet te houden.
Prudentum more teneas quaesita labore.
Franck 1. 87*. Es ist nit ein kleynere kunst gelt behalten / als gelt gewinnen.

483. Fabri de Werdea, n. 417. v. 901.
Pr. C. 362. Ghemeyns goets blijft meest verloren.
Quae sunt communes, perduntur saepius hae res.
Tunn. 481. Dat gemeyne guet blijfft mest verloren.
Res privata viget, ubi publica corruit omnis.
Franck 1. 87*. Gmeyn ist vnreyn.

484. Pr. C. 651. Ten sal niemant sinen viant te cleen kennen.
Quamvis sit modicus, timet hunc sapiens, inimicus.
Tunn. 1241. Nummant sal synen vyent to cleyne achten.
Quamvis pumilio, sapiens formidat et hostem.
Franck 1. 70. Es sol keyner sein feind verachten.

485. Iesus Sirach XIII. 19. XXVII. 10. (*Schulze* n. 153.)
*Graecum proverbium.* Zenobius II. 47. Ἀεὶ κολοιὸς ποτὶ κολοιὸν ἱζάνει: ἐπὶ τῶν τοῖς ὁμοίοις προσομιλούντων. Cf. Erasm. Ad. II. 2. 23. *Semper graculus assidet graculo.*
*Empedocles.* His ipsis verbis utitur Aristoteles de Morib. L. VIII. c. 2. pr. ubi Empedoclis refert opinionem de origine amicitiae. Cf. Erasmus Ad. 1. 2. 21. *Simile gaudet simili.*
Tunn. 522. Gelijch suecht sych, recht vynt sych.
Par simili gaudet: laetatur asellus asello.

P. 186.

**486.** Muneribus et remuneratione consolidatur amicitia.

**487.** Chalybs chalybem frangit, et gladius gladium.

**488.** Difficile est vulpem vulpe capere; hoc est: non facile astutus astuto imponit.

**489.** Non valet convivium sine pane.

---

Tunn. 565. Gelijch kumpt bij gelijch.
Vilis adest vili: meretrici scorta iugantur.
Tapp. 66*. *Simile gaudet simili.* (Erasm. I. 2. 21.)
Gleich vnd gleich gesellet sich gern.
Tapp. 67. *Semper similem ducit Deus ad similem.* (Erasm. I. 2. 22.)
Gleich suchet sich / gleich findet sich.
Franck 1. 8. Gleich vnd gleich geselt sich gern.
„ 11. 60*. Gleich sůcht sich / gleich findt sich.
Gleich findt man bei gleich.

486. Pr. C. 366. Gheuen ende weder gheuen hout die vrientscap tsamen.
Alternando boni nos munera sumus amici.
Tunn. 525. Geuen vnde wedder geuen halt die vruntschap.
Servat amicitiam gratum cum foedere munus.

487. Pr. C. 655. Teen sweert dwingt dicke dander.
Cogimus interdum cum gladio gladium.
Tunn. 881. Dat eyne hart vordriefft dat ander.
Saxa terunt lapides, compellit sica mucronem.
Franck 1. 87*. Ein stahel bricht den andern.

488. Pr. C. 656. Tes quaet vosse met vossen vaen.
Hoc est difficile vulpem comprendere vulpe.
Tunn. 882. Myt vossen ys qwaet vosse vangen.
Perquam difficile est vulpes comprendere vulpe.
Tapp. 9. *Vulpinari cum vulpe.* (Erasm. I. 2. 28.)
Man můß fůchs mit fůchs fahen.
Franck 11. 8. Man můß fuchs mit fuchs fahen.
Schleck mit schleck fahen.
„ 11. 191. Man můß schälck mit schälcken fahen.
Wann man einn schalck wil fahen / so můß man einn schalck für die lucken stellen.

489. Pr. C. 657. Tes quaet houen sonder broot.
Conviváre male constat pane deficiente.
Quando deest panis, cibus est tunc omnis inanis.

**490.** Comesti panis memor esto; id est: sis gratus.

**491.** Amica salutatio gratum responsum inveniet.

**492.** Nec cos sine aqua valet.

**493.** Durum est natare contra impetum fluminis; hoc est: periculosum est potentibus adversari.

---

Tunn. 883. Daer ys qwaet teren, daer noch broet noch water ys.
Estur ibi prave, nihil est ubi panis et undae.

490. Pr. C. 367. Gheghetens broot salmen ghedencken.
Sit cordis festum, panem cogitare comestum.
Tunn. 526. Gegeten brodes sal men lange dencken.
Usque decet meminisse dapum panisque comesti.
Franck 11. 177*. Des gegeben brots sol man lang gedencken.

491. Prov. Salomonis XV. 1. XXV. 15. (*Schulze* n. 66.)
Fabri de Werdea, n. 169. v. 401. et n. 174. v. 411.
Erasm. Adag. I. 1. 27. *Qui quae vult dicit, quae non vult audiet* (ex Terent. Andr. V. 4. 17.) Quin etiam his nostris temporibus eiusmodi quiddam vulgo dictitant: *Ut salutabis, ita et resalutaberis*, hoc est: ut tua fuerit oratio, ita tibi respondebitur.
Pr. C. 368. Goede groete maect goede antwoerde.
Qui gratum dat ave, responsum fertque suave.
Tunn. 528. Gude groete eyghet eyn gude antworde.
Comiter affanti danda est responsio mollis.
Agric. 157. Gut gruß gibt gut antwort.
„ 158. Ein gut wort findet ein gute stadt.
Tapp. 175*. *Nauson naucrati.* (Erasm. II. 10. 2.)
Gůt grůß/ gibt gůte antwort.
Franck 11. 112. Ein gůt wort/ findt ein gůt stat.
Gůter grůß/ gůte antwort.

492. Pr. C. 661. Tes quaet slipen sonder water.
Ut vulgus fatur, male cos sitiens operatur.
Tunn. 886. Sunder water ys qwaet slypen.
Cos rigidum sitiens ferrum non reddit acutum.

493. Pr. C. 662. Tes quaet zwemmen tegen stroem.
Est durum clare contra fluxum natitare.
Tunn. 888. Tegen den stroem ys qwaet swemmen.
In cursum Rheni moliri corpore durum.

**494.** Hospiti furi difficile furaberis.

**495.** *Ardea culpat aquas, cum nesciat ipsa natare,*
ut quidam scripsit. Sic ego scripsi:
*Stultus id in triviis conculcat, damnat et odit,*
*Sanguine quod gelido nunquam novisse valebat.*

**496.** Si bonus ignis, et bonus cocus.

**497.** Malus est ludus, dum alter ridet, alter flet.

**498.** Ex nido avem iudicamus.

---

494. Erasm. Ad. I. 2. 29. *Cretiza cum Cretensi.* Quemadmodum vulgo dicunt *Difficillimum esse furari apud fures*, ita difficillimum mendaciis imponere mendacibus.
Pr. C. 663. Tes quaet stelen daer die waert een dief es.
Fur male furatur, ubi fur domui dominatur.
Tunn. 889. Dar ys qwact stelen, dar de wert soluen eyn deiff ys.
Hospes ubi fur est, durum subducere quicquam.
Franck 1. 87*. Es ist böß stelen / da der wirt ein dieb ist.

495. Erasmus Collect. Adag. Veter. F°. XXXVII*. [n. 502.] *Aquam culpat ardea.* Vulgatum quidem est et neotericum, verum non indignum quod veteribus annumeretur. Competit in eos, qui ut suam inscitiam praetexant aliquo pallio, res culpare solent. Veluti si quis legendi imperitus characteres malos esse causatur.
Pr. C. 664. Tes quaet water, sprac die reigher, ende en conde niet zwemmen.
Ardea culpat aquas, cum nesciat ipsa natare.
Tunn. 880. Het ys qwaet water, sprack de reyger.
Ardea culpat aquas, tempus rudis arguit arte.

496. Pr. C. 371. Goet vier maect eenen snellen cock.
Est citus ipse coquus, dum calet igne focus.
Tunn. 531. Dat vuyr maket den koek, die gebruckenisse maket den vorvaren.
Flamma coquum reddit; facit usus quemque peritum.
Franck 1. 88. Ein gůt fewr / ein gůter koch.

497. Pr. C. 668. Tes quaet spel, daer deene lacht ende dander screyt.
Est ludus dum flet malus Otto Platoque ridet.

498. Pr. C. 676. Tes goet te sien aen den neste, wat voghel datter in woent.
Nidus testatur, ibi qualis avis dominatur,

**499.** Est lupus iuvenilis, quem nullus clamor impetiit.

**500.** Fame vel cruda faba dulcescit.

**501.** Fames est gladius acutissimus. Dicit enim Iosephus in septimo Belli Iudaici: *Quippe fames super*

---

Tunn. 951. Men suet wal an den neste, wat vogel dat dar ynne ys.
Ostendit nidus volucrem, quae fecerit ipsum.
Tapp. 85*. *E fimbria de texto iudico.* (Erasmus I. 9. 36.)
Ich sehe an dem neste wol / was vogels darinnen wohnet.
Franck 1. 162*. Es ist eben vogel als nest / Vihe als stal.
„ 11.72. Ich sihe am nest wol / was für ein vogel drinn wonet.

499. Pr. C. 680. Tes een ionck wolf, die nie gheruchte en hoerde.
Est iuvenis lupula, quam vox non terruit ulla.
Tapp. 169. *Complurium thriorum ego strepitum audivi.* (Erasm. I. 10. 88.)
Es můß eyn junger wolff sein / der nie ehe eyn gerücht / oder geschrey / gehört hat.
Franck 1. 88. Es můß ein junger wolff sein / der kein geschrey nie gehört hat.
„ 11. 42. Es můß ein junger wolff sein / der nie keinn hundt hab hören bellen.

500. Erasmus Adag. II. 7. 69. *Optimum condimentum fames.* Manet hodieque vulgo tritum proverbium: *Famem efficere ut crudae etiam fabae saccarum sapiant.*
Pr. C. 389. Hongher maect rouwe boenen soete.
Ori dulcescit faba frigida, quando famescit.
Mellificare fabas facit esuries tibi crudas.
Tunn. 577. Hunger maecht rode bonen sote.
Esurie solus dulcescit panis et unda.
Tapp. 92*. *Optimum condimentum fames.* (Erasm. II. 7. 69.)
Hunger macht rohe bonen süß.
Franck 11. 75. Hunger macht rohe bonen zu mandeln.

501. *Flav. Iosephus* Bell. Iud. (non L. VII. sed) L. V. c. 10. § 3.
*Πάντων μὲν δὲ παθῶν ὑπερίσταται λιμός, οὐδὲν δ' οὕτως ἀπόλλυσιν ὡς αἰδώς· τὸ γὰρ ἄλλως ἐντροπῆς ἄξιον, ἐν τούτῳ καταφρονεῖται.*
*Menander* Monost. 320.
Pr. C. 390. Hongher es een scerp sweert.
Poenalis gladius est magna fames et acutus.

*omnes clades habetur; nihil sic perdit hominem, ut pudor: nam, quod reverentia dignum est, in fame negligitur.* Et Menander:

*Λιμὸς μέγιστον ἄλγος ἀνθρώποις ἔφυ,*

id est: *Fames maximus dolor hominibus est.*

**502.** Asinus asellum culpat; hoc est: indoctus indoctum carpit.

**503.** Diu pauper, diu infelix.

**504.** Malum est iocari cum Deo; scit enim dissimulare.

**505.** Malum est iocari cum fatuis. Peius, cum semifatuis.

---

Tunn. 538. Hunger ys eyn scharp swert.
Longa fames poena est, rigido crudelior ense.
Tapp. 93*. *Molestus interpellator venter.* (Erasm. III. 10. 9.)
Der hunger ist eyn scharpff schwerdt.
Franck 11. 75. Der hunger ist ein scharpff schwerdt.

502. Pr. C. 726. Tes een wonderlic strijt, daer deen ezel den anderen verwit.
Est mirum bellum, quod asellus culpat asellum.
Tunn. 305. Der eyne heit den anderen Essel.
Aethiopem Maurus deridet, hydropicus aegrum.
Tunn. 1075. De eyne essel heet den anderen sack dreger.
Saepe piger segnem, vel asellum culpat asellus.
Tapp. 25*. *Loripedem rectus deridet.* (Er. III. 2. 21. ex Iuven. II. 23.)
Eyn esel heysset den andern sacktreger.
Franck 1. 88. Ein Esel heyßt den andern einn sack trager.

503. Pr. C. 450. Langhe arm, langhe onsalich.
Ille diu miser est, qui longe pauper inopsque est.

504. Pr. C. 596. Poghet Gode niet te na, hi can wel wencken.
Scit connivere Deus, ergo Deum reverere.
Pr. C. 727. Tes quaet met God te spotten, want hi can wel wencken.
Scit connivere Deus, haec ioca sperne tenere.
Tunn. 1076. Myt Gode ys qwaet spotten.
Cum Christo durum, grave, damnosumque, iocari.

505. Pr. C. 473. Met quaden dwasen en salmen niet ghecken.
Cum fatuis, cari pueri, nolite iocari,

**506.** Si lupus in silva maneret, non inclamaretur a populo.

P. 137.
**507.** Pauca administrans, vel regens, multos amicos retinet; id est: qui est in magistratu, multos laedit.

**508.** Homines mali, homines experti.

**509.** Stultus nunc ridet, nunc flet.

**510.** Conterraneus prodit hominem.

---

Pr. C. 476. Met stercken dwasen eest quaet worstelen.
Cum forti fatuo certatim ludere nolo.
Tunn. 663. Myt doren ys qwaet boerden.
Cum stolidis risu durum verbisque iocari.
Tunn. 668. Myt narren ys qwaet spelen.
Cum fatuis durum certatim ludere cuiquam.

506. Pr. C. 465. Liet die wolf sijn loepen, tvolc liet sijn roepen.
Dum manet in nemore lupus, est plebs absque pavore.
Tunn. 653. Bleue die wolff in dem bussche, he en worde nicht an geropen.
Dum lupus antra colit, non inclâmatur ab ullo.
Franck 1. 88. Blieb der wolff im wald/ so würd er nit beschrien.

507. Pr. C. 458. Luttel onderwindens brengt veel vreden in.
Pauca gubernare, pacem solet hoc generare.
Pauca multiplicem facit intermistio pacem.
Tunn. 679. Lutsich vnderwynnes maket groet vrede.
Pauca regens, populo atque duci gratissimus omni.
Franck 1. 88. Der wenig beherscht/ behelt vil zu freunden.

508. Pr. C. 461. Lose lieden weten veel rechts.
Cui dolus est gratus, est rabbi fraude vocatus.

509. Pr. C. 463. Lichtelic lacht, lichtelic screyt.
Stultus ridere solet et pro stramine flere.
Tunn. 671. De gherne lachen, de schryen balde.
In risum pronis fluitant cito lumina fletu.

510. Erasmus Adag. IV. 9. 23. *Hoc municeps aut vicinus nunciavit.* (ex Cicer. pro Rosc. Amer. c. 37. 105.) Solent enim, a vicinis ac municipibus, vicinorum ac municipum scelera potissimum prodi. Quod et hodie vulgo dicunt, *Dedecus homini a conterraneis aut civibus oriri.* Nam si quod fortunae incommodum, si qua vitae labes, ab illis, quoniam sciunt, proditur.

**511.** Cito lucratum, cito perditur.

**512.** Stultus sine sollicitudine.

**513.** Multi sunt asini bipedes.

**514.** Item: Non omnes asini portant saccos.

---

Pr. C. 462. Lantsman scantsman.
Fit mea culpa nota, narrante meo patriota.
Scandala non nota, manifesta meo patriota.
Est patriota meus mea scandala dicere promptus.
Tunn. 673. Landesman schandesman.
Multis dedecori fit conterraneus unus.
Agr. 59. Lantzman schantzman / weystu was / so schweig.
Franck 1. 88. Landsleut schandsleut.

511. Pr. C. 466. Lichtelic ghewounen, lichtelic verloren.
Quod cito lucratur, cito perditur et nihilatur.
Tunn. 654. Balde gewonnen, ys balde verloren.
Res lucrata brevi, subito dilabitur omnis.
Agr. 100. Was balde wird / das vergehet auch balde widder.
Franck 1. 104. Was bald wirt / das bald verdirbt.

512. Pr. C. 474. Men vint ghenen dwaes die sorghen can.
Insipiens curam male gestat corde futuram.
Tunn. 264. Gecken en achten nicht, wat der rogge gylt.
Stultus habet nihili, quanti frumenta licemur.
Tunn. 665. Gecke sorghen nycht.
Insipiens nullam curam sub pectore gestat.
Tapp. 31. *Non est curae Hippoclidi.* (Erasm. I. 10. 12. Ex Graeco Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ, quod apud Graecos, ut narrat Herodotus VI. 129. abiit in proverbium.)
(*Westph.*) He fragt nicht darnae / wat die rogge geldet.
Franck 11. 23*. Was geht das graf Ego an?
Da fragt Contz onsorg vil darnach.
„ 11. 74. Er fragt nit was korn gelt.

513. Pr. C. 477. Men vint menighen ezel met twee benen.
Sunt asini multi solum bino pede fulti.
Tunn. 670. Men vynt vele esels van twen benen.
Sunt multi bipedes passim, si quaeris, aselli.
Franck 1. 88. Es sind vil Esel auff zweyen füssen.

514. Pr. C. 478. Men vint menighen ezel, die nie sack en droech.
Multi sunt asini núnquam saccis onerati.

**515.** Equi donati non inspicias dentes.

**516.** In extremo iudicio videbitur, cui latiores clunes sint.

**517.** Item: Extremo in iudicio bonus peregrinus manifestabitur.

---

Tunn. 692. Het synt vele esels, die nyne secke en dragen.
Sunt asini nullo complures onere pressi.

Franck 11. 184. Es seind vil Esel die nit seck tragen.

515. Erasm. Adag. IV. 5. 24. *Equi dentes inspicere donati.* Sunt quaedam et hodie vulgo iactata, non indigna quae veteribus adagiis annumerentur; quod genus est illud, *Non oportere equi dentes inspicere donati*, cum significamus, aequi bonique consulendum, qualecunque est, quod non emitur, sed gratis donatur. Siquidem equum empturus dentes inspicit, in quibus aetatis indicia certissima sunt, ne circumveniatur. At incivile sit, idem facere in equo donatitio. Usus est tamen hoc proverbio D. Hieronymus in praef. Commentariorum, quos scripsit in Epist. Pauli ad Ephesios (T. IX. p. 202. ed. Basil. 1553.)

Pr. C. 480. Men en sal den ghegeuen peerdcn niet nauwe inden mont sien.
Si tibi do mannos, numeres ne dentibus annos.

Tunn. 695. Gegeuen perden sal me nycht yn den munt seyn.
Donati nunquam dentes numerato veredi.

Tapp. 30*. *Equi dentes inspicere donati.* (Erasm. IV. 5. 24.)
Man sol den gegeben pferd nit ins maul sehen.

Franck 1. 88. Geschencktem roß schaw nit ins maul.
„ 11. 21*. Geschenacktem pferd sihe nit ins maul.

516. Pr. C. 491. Men sal ten ionxten dage wel sien, wie den breetsten ers heeft.
Iudicium referet, cui clunis latior haeret.

Tunn. 727. Men sal wal seyn, we den grotesten ers hefft.
Cui maior podex, referet pars ultima vitae.

Franck 1. 88. Im auß keren würt es sich finden / wer in die stuben hofiert hab.

517. Pr. C. 491*a*. Men sal ten ionxten daghe wel sien, wie goet pelgrim es.
Tempus iudicii vitam pandet peregrini.

Tunn. 706. Tem yungesten dage salme wal seyn, we guet ys.
Quis bonus, aetherei sententia iudicis effert.

**518.** Nullum latrocinium semper absconditum. Ad hoc alludit Menander dicens:

Λήσειν διὰ τέλους μὴ δόκει πονηρὸς ὤν,

hos est; *Latere usque in finem ne putes*, *malus existens.*

**519.** Hospites honorandi sunt.

**520.** Possumus effugere senum pedes; sed consilio carere non possumus.

**521.** Panis non conficitur sine farina.

---

518. *Menander* Monost. 329.
Pr. C. 516. Moort en bleef niet verholen.
Non manet occultum, quod latro facit, nec inultum.
Tunn. 740. Moert en blyfft nicht vorborgen.
Non occultantur latronum facta cruenta.
Franck 1. 88. Es bleibt kein mord verschwigen.

519. Pr. C. 524. Men sal den gasten eeren.
Hospes honoretur et honor semper sibi detur.
Tunn. 749. Men sal de geste eren.
Convivas digne semper venerabitur hospes.

520. Pr. C. 525. Men mach den ouden ontlopen, mer qualick ontraden.
Prudens consilio vetus est vir tardus eundo.
Tunn. 751. Men kan den olden entlopen, mer nicht entraden.
Cordatus senior, rapide sed currere nescit.
Tapp. 116*. *Facta iuvenum*, *consilia mediocrium*, *vota senum.* (Erasm. III. 5. 2. ex Graeco quod est apud Harpocr. 85. 14.)
Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.
Man mag den alten wol vor lauffen/ man kan jn aber nit vor rathen.
Franck 11. 87. Man mag den alten wol vorlauffen/ aber nit verrathen.

521. Pr. C. 519. Men en kan gheen broot ghebacken sonder meel.
Panem Kathrina non conficit absque farina.
Tunn. 742. Sunder meel vnd water ys qwaet backen.
Decoxit nullus panem sine farre vel unda.
Franck 1. 88. Man beckt keyn brot on mel.

**522.** Mos regionis, laus regionis.
**523.** Longa equitatio rectum facit pedem.
**524.** Paucus sermo venustat mulierem.
**525.** Falsi testes nunquam deficient.
**526.** Boni amici rixantur, et sine arbitris reconciliantur.

---

522. Erasm. Adag. III. 6. 55. *Lex et regio.* Νόμος καὶ χώρα. [Zenob. V. 25.] Admonet proverbium, serviendum et obsecundandum esse moribus regionis in qua verseris.
Pr. C. 452. Lands zeede, lands eere.
Quod terrae mos est, hoc terrae semper honos est.
Tunn. 685. Landes seyde, landes eer.
Est regionis honor sua consuetudo vetusta.
Tapp. 49. *Lex et regio* (Erasm. III. 6. 55.)
Des lands weise/ ist des lands ehre.
Franck 11. 51*. Des lands weiß/ ist des lands ehr.

523. Pr. C. 451. Langhe riden richt den crommen voet.
Quando fatigatur equitis pes, rectificatur.
Tunn. 688. Vele ryden maket richte bene.
Crebro facit diuturna pedes equitatio rectos.

524. Erasm. Ad. IV. 1. 97. *Mulierem ornat silentium*, ex Sophocleo in Aiace 293.
Γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.
Pr. C. 456. Luttel sprekens verciert die vrouwe.
Ex hoc laudatur mulier, si pauca loquatur.
Dulcibus et modicis ornatur femina verbis.
Tunn. 680. Weynich sprecken vorsyret de vrouwen.
Rarus et exiguus femellam sermo venustat.
Franck 1. 25*. Schweigen steht den weibern wol an.
" 1. 49. Es ist keyn kleyd das einer frawen baß ansteheт dann schweigen.
" 11. 183*. Wenig red ziert ein weib.

525. Pr. C. 459. Loser getughen en braken nieman.
Inveniet falsos testes, qui quaeritat illos.
Tunn. 677. Losen tuges en brack ny manne.
Inveniet facile testem, qui quaerit, inanem.

526. Pr. C. 467. Lieue vrienden scelden en versoenen bi hem seluen.
Cari rixantur, per se quoque pacificantur.
Tunn. 656. Guder vrunde kijff ys balde gedaen.
Aeacidae Patroclique furor brevis extat et ira.

**527.** Boni amici vel iusculo sunt contenti; dicere solent invitantes sine magno apparatu suos fautores.

**528.** Multi sunt fatui non rasi; dicitur ex eo quod fere omnes stulti apud nos rasi sunt.

**529.** Asinus in aula fovetur solum propter saccos portandos.

**530.** Vel leo timore mansuescit.

**531.** Nemo sibi ipsi deformis.

**532.** Vel lupus cum nummis gratiosus et acceptus; hoc est: gratus est, qui habet pecunias, etiamsi alioquin, ut lupus, odiosus est.

---

527. Tunn. 1320. Guede vrunde synt wal to vrede myt iuchen alleyne.
Certus amor solo contentus iure quiescit.
Franck 1. 88. Gůt freund nemen mit einander leß vnnd brot für gůt.

528. Pr. C. 472. Men vint veel dwasen, al en sijn si niet ghescoren.
Aestimo quod multi sunt irrasi quasi stulti.
Irrasos multos nos cernimus undique stultos.
Franck 1. 88. Es findt nit all narren beschoren.
Es findt vil narren on einn kolben.

529. Pr. C. 479. Men roept den ezel niet te houe dan als hi wat dragen moet.
Pondera brunellos portanda vocant et asellos.
Propter portanda vocatur asellus in aula.
Tunn. 694. Den esel roeptme to sackdragen.
Saccos portatum vocitatur asellus in aedes.
Tapp. 132*. *Procul a Iove atque fulmine.* (Erasm. I. 3. 96. ex Graeco quod refertur a Diogeniano VII. 77*b*. Πόρρω Διός τε καὶ κεραυνοῦ.)
Man růfft den esel nit zu hofe / er soll dann secke tragen.
Franck 1. 88. Die Esel hat man zu hoff / nun das sie seck tragen.
„ 11. 90*. Man růfft dem Esel nit ghen hoff / er sol dann seck tragen.

530. Seneca de Ira II. 11. 4. *Leonum quam pavida sunt ad levissimos sonos pectora?*

532. Tunn. 1321. He sij hoer off deiff, hefft he gelt, he wert wal leyff.
Et lupus et meretrix grati sunt aera ferentes.

**533.** Ubi lupus iudex, ibi abeant oves.

**534.** Cuculus nullius consilio mutat cantum; id est: stultus non paret consilio bene monentium.

P. 138.

**535.** Lupus cucullo indutus nihilominus ovibus insidiatur.

**536.** Sufficit rustico, si rusticos honore praeit.

**537.** Nihil superbius pauperi, dum surgit in altum. Ita Claudianus:

*Asperius nihil est misero dum surgit in altum.*

---

533. Tunn. 1322. De scape vorseyn sich, daer de wulleff de richter ys.
Discedant agni, moneo, lupus est ubi iudex.

534. Tunn. 1323. De kuckuck synckt al synen sanck.
Consilio cuculus nullius carmina mutat.
Tapp. 40*. *Cantilenam eandem canis.* (Erasmus II. 5. 76. ex Terent. Phorm. III. 2. 10.)
Du singest immer eyn gesang/ wie der guckguck.

535. Euang. Matth. VII. 15.
Fabri de Werdea, n. 126. v. 309.
Franck 11. 22. Er bleibt auch im schafflehd ein wolff.

536. Tunn. 1324. Het is genoich dem schulten dat he geit bouen den buren.
Agricolae satis est, si praestat honore colonos.

537. *Claudianus* in Eutrop. I. 181.
Erasmus Ad. I. 10. 76. *Magistratus virum indicat.* Ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσιν [Diogenian. II. 94.] Sensus est, in vita privata vix satis perspici posse mores et ingenium hominis. Verum si committas imperium, ut quod libeat, idem liceat, tum demum apparere, quo sit animo.
Tunn. 1325. Wat ys houerdiger, dan eyn arm man de rycke wert?
Dum surgunt humiles, nihil est elatius illis.
Tapp. 135*. *Magistratus virum indicat.* (Erasm. I. 10. 76.)
Keyn schermesser also scharff schiert/
Als eyn bawr der zum herrn wirt.
Franck 1. 88. Er ist keyn kling die herter schirt/ dann so ein betler ein herr/ oder ein knecht gewaltig würt.

**538.** Vox asini quid ad philomelam? id est: nulla est comparatio.

**539.** Stultus cuculi vocem cytharis praefert.

**540.** Multitudo canum, mors leporis; id est, plures facile unum superant.

**541.** A mulieribus barbatis et inimicis reconciliatis caveas.

**542.** Nemo infra scamnum cogitet; id est: debemus sperare, et conari ad magna et ardua.

**543.** Claudere stabulum post equorum amissionem. Huius proverbii meminit Iuvenalis Satira XIII. Est: post factum consulere.

---

538. Tunn. 1326. Wu kumpt dat daer bij?
Quid facit ad cantum philomelae turpis asellus?

540. Tunn. 1327. Vele hunde synt des hasens doet.
Excidium leporis catulorum copia semper.
Tapp. 149. *Cedendum multitudini.* (Erasm. III. 9. 60.)
Vil hund/ ist der hasen todt.
Franck 1. 88. Vil hund seind des hasen tod.

541. Erasm. Ad. I. 3, 35. *Hostium munera non munera*, ex Sophocleo in Aiace 663.
*Ἀλλ' ἔστ' ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία,*
*Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα.*
Huic adscribendum loco, quod arcanae scripturae proverbia admonent [Ies. Sirach XII. 11.] *Ne de inimico reconciliato simus securi.*

542. Fr. 1. 88*. Tracht auff dbanck/ du kompst dennoch wol drunder.

543. *Iuvenalis* Sat. XIII. 129.
*Quandoquidem accepto claudenda est ianua damno.*
Ad q. l. Grangaeus annotavit: Potest referri ad id, quod specie proverbii Galli efferunt:
»Il est temps de fermer les estables,
quant les chevaux n'y sont plus."
Tunn. 1328. War vmme sluystu den stall, als der page ys en wege?
Quid stabulum claudis, sonipes dum perditus ipse?
Tapp. 40. *Grege amisso septa claudere.* (?)
Es hilfft nit das man den stal schleüßt/ so das viehe herauß ist.
Franck 1. 45*. Den stall zůthůn/ so die kůw hinauß ist.

**544.** Ut nulla iuventus tuta est a morte, ita nullae opes ab egestate.

**545.** Nullum mendacium semper occultum. Sic Euripides:

Οὐδὲν ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνου,

id est, *Nullum mendacium senescit*, vel: *ad senectutem temporis.*

**546.** Ille habet cor leporinum; in timidos dicitur. Apud Graecos est: Ἐλάφειος ἀνήρ, id est, *Cervinus homo.*

**547.** Dormit ut lepus; dicitur in simulantes se dormire. Apud Graecos dicitur: Λαγὼς καθεύδων, id est, *Lepus dormiens.*

**548.** Opportunitas est exspectanda. Ita dicit Thales, unus ex septem sapientibus: Καιρὸν γνῶθι, id est,

---

545. *Euripides.* Quem mutilatum citavit Bebelius, versus est Sophoclis in Acrisio, a Stobaeo Floril. T. 12. 2. servatus (Fragm. Sophocl. ed. Dind. n. 59.)

Ἀλλ' οὐδὲν ἕρπει ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνου.

546. Zenobius III. 66. Ἐλάφειος ἀνήρ: ἐπὶ τοῦ δειλοῦ, ἐκ μεταφορᾶς τοῦ ζώου. Δειλὸν γὰρ ἡ ἔλαφος. Cf. Erasm. Ad. II. 7. 36. *Cervinus vir.*

Franck 1. 51. Er hat ein lewen maul / vnd ein hasen hertz.

547. Zenobius IV. 84. Λαγὼς καθεύδων: παροιμία ἐπὶ τῶν προςποιουμένων καθεύδειν.

Erasm. Ad. I. 10. 57. *Lepus dormiens.* Quadrat in eum, qui quod non facit, id facere sese adsimulat, aut quod facit, id se facere dissimulat. Nam leporem patentibus genis dormire, cum alii permulti tradunt autores, tum Plinius L. XI. c. 37. (54.)

Tapp. p. 87*. *Lepus dormiens.* (Erasm. I. 10. 57.)

Er schlafft den hasen schlaff.

Franck 11. 73. Er schläfft den hasen schlaff.

Er schläfft mit offnen augen wie ein hase.

548. *Thales.* Pittaco hoc praeceptum tribuit Demetrius Phalereus in VII. Sapientum Apophth. ap. Stobaeum Floril. T. 3. 79. δ. (in Fragm. Philos. Graec. ed. Mullach T. I. p. 213.) item

*Occasionem nosce.* Alibi dicitur: Καιρὸν προσδέχου, id est, *Occasionem exspecta.*

**549.** Vulpes ad vulpem; dicitur de similibus in astutia. Dicitur item apud Graecos: Ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα, id est, *Vulpisare contra alteram vulpem.*

**550.** Quid puero divitiae? id est, quoniam uti non potest recte, sed abutitur potius.

**551.** Et similiter: Non puero cultellum. Eodem modo dicitur apud Graecos: Μὴ παιδὶ τὴν μάχαιραν, id est, *Non puero machaeram*, seu *gladium.*

---

Diogenes Laertius I. c. 4. 79. aliique quos citat Leutsch, Corp. Paroemiogr. Graec. II. p. 767. in quibus est Ausonius, Lud. Sept. Sapient. IX. 1.

*Mitylena oriundus Pittacus sum Lesbius,*
Γίγνωσκε καιρόν, *qui dixi sententiam.*

*Alibi.* Alterum illud praeceptum, Καιρὸν προσδέχου, non nominato auctore memorat Sosiades in VII. Sapientum Consiliis ap. Stobaeum Floril. T. 3. 80. (in Fragm. Phil. Gr. l. c. p. 217.)

Franck 11. 114. Du můßt der zeit vnd des glücks warten.

549. Zenobius I. 70. Ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα: ἐπὶ τῶν ἐξαπατᾶν ἐγχειρούντων τοὺς ὁμοίους. Cf. Erasm. Ad. I. 2. 28. *Vulpinari cum vulpe.*

Franck 1. 47. Biß ein fuchs mit eim fuchßen.

550. Stobaeus Floril. T. 43. 136. Μὴ παιδὶ μάχαιραν ἡ παροιμία φησίν· ἐγὼ δὲ φαίην μὴ παιδὶ πλοῦτον, μηδὲ ἀνδρὶ ἀπαιδεύτῳ δυναστείαν.

Tunn. 1329. Guet, swert vnde golt synt dem kynde nycht nutte.
Quid puero gazae prosunt et sica vel aurum?

551. *Apud Graecos.* Diogenianus VI. 46. Μὴ παιδὶ μάχαιραν: μὴ τοῖς ἀπείροις ἐγχειρεῖν μεγάλα πράγματα, μή πως καθ' ἑαυτῶν χρήσωνται. Huius proverbii mentio fit apud Athenaeum L. V. c. 52. p. 214. A. multosque alios v. Interpretes ad Diogen. Cf. Erasmus Adag. II. 5. 18. *Ne puero gladium.*

Fabri de Werdea, n. 54. v. 139.

Tunn. 990. Men sal den kynderen nyne messe in den handen laten.
Et telum et gladius sunt eripienda puellis.

**552.** Vinum indicat ingenium hominis, vel hominem. Apud Graecos dicitur Οἶνον μὴ πηδάλια, id est, *Vinum non habere calciamenta*, vel *temonem et gubernaculum*, hoc est: omnia palam habere et non posse gubernari.

P. 189.

**553.** Uti tibi socius, ita res tuae eunt. Ideo optime praecepit Cato: Ἀγαθοῖς ὁμίλει, id est, *Bonis conversare*. Et Solon Atheniensis: Κακοὺς μίσει, id est, *Malos odi*.

**554.** Imperiti et insipientes, vel imprudentes sunt multo

---

552. *Apud Graecos*. Athenaeus X. c. 31. p. 427. F. Καλῶς οἱ παροιμιαζόμενοι λέγουσι τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλια.
Erasmus Adag. II. 3. 18. *Vinum caret clavo*. Vinum non habere clavum dicitur propterea quod ebrietas nihil consulte neque moderate vel dicit vel facit. Obruitur enim ratio, quae clavi vice sobrios moderatur ac gubernat.

Franck 1. 88*. Was der man kan/ zeygt der wein an.
Der wein zeugt vom mann.
Wiltu wissen wer einer sei/
So füll jn vol/ vnd merck's darbey.

553. *Cato*. Vix quicquam aliud hic significari crediderim, quam quod inter lemmata, quae Dion. Catonis distichis praemitti solent, septimum est: *Cum bonis ambula*, quod Planudes Graece convertit his ipsis verbis Ἀγαθοῖς ὁμίλει.
*Solon*. Inter monita, quibus Solon consulere solebat hominibus, hoc refertur apud Diogen. Laert. I. 2. 60. Μὴ κακοῖς ὁμίλει, idque eiusdem sapientis nomine memorat Demetrius Phalereus in VII Sapient. Apophth. ap. Stobaeum Floril. T. 3. 79. β. (in Fragm. Philos. Graec. ed. Mullach. T. 1. p. 212.) et fortasse idem significavit Sosiades ap. Stobaeum Floril. T. 3. 80. (in Fragm. Ph. Gr. l. c. p. 217.) ubi κακίαν μίσει non nominato auctore inter VII Sapientum Consilia refert.

Franck 1. 8. Beim gesellen kent man die gesellen.
Wiltu ein kennen/ so sihe mit wem er vmbgeht.

554. Hieronymus Epist. Crit. (Oper. Omn. ed. Paris. 1699. F°.) T. II. p. 574. ad q. l. interpretes citant Graeca quae hic

confidentiores sibi vel audentiores, quam prudentes et periti. Hoc pulchre ponit Hieronymus his verbis: *quod apud Graecos ponitur: Imperitia confidentiam, eruditio et timorem creat.*

**555.** Ubi amor, ibi dolor. Ad quod quidam ita cecinit:

*Nil amor est aliud, nisi tristis et aegra voluptas:*
*Nil nisi dulce malum, nil nisi cura placens.*

Et ego:

*Denique mille in amore cruces, et dulce venenum*
*Luctus, et lacrimae, cura, querela, dolor.*

**556.** Nullum animal peius muliere. Dicitur alibi: *Nihil supra malitiam mulieris.* Ita apud Graecos dicitur:

Θηρῶν ἁπάντων ἀγριωτέρα κακὴ γυνή, .

id est, *Feris omnibus truculentior mala femina.*

---

significantur verba Thucydidis II. 40. 3. Ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. Cf. Erasm. Ad. IV. 5. 54. *Inscitia confidentiam parit.*

555. *Quidam.* Quisnam poeta significetur, invenire non potui.

*Denique mille* cet. Hoc disticho finitur Vulgaris cantio *Ich stond an einem morgen gar haimlich an aim ort* per Henr. Bebelium in carmen latinum redacta, quam nuperrime recudendam curavit F. Weinkauff in Birlinger's Alemannia IV Jhrg. p. 41—44.

Citari potuerat Ovidius Art. Am. II. 517. sqq.

*Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hybla,*
*Caerula quot baccas Pallados arbor habet,*
*Litore quot conchae: tot sunt in amore dolores;*
*Quae patimur, multo spicula felle madent.*

Franck 1. 107. Lieb ist leyds anfang. — Nach lieb leydt.
„ 11. 61. Was liebt/ betrübt.

556. *Alibi.* Adag. 408.

*Apud Graecos.* Versus extat in Menandri Monost. 248.

Tapp. 177. *Femina nihil pestilentius* (Erasm. III. 10. 21. ex Homerico Od. XI. 427.

Ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.

Es ist keyn bőser creatur vff erden/ dann eyn bőses weip.

**557.** Fabula anilis; dicitur in illos, qui nugantur. Sic pariter Graeci: Γραῶν ὕθλος, id est, *Vetularum nugae.*

---

557. *Graeci.* Zenobius III. 5. Γραῶν ὕθλος: ἐπὶ τῶν μάτην ληρούντων. Erasm. Ad. III. 7. 16. *Anicularum deliramenta.* De nugis inanibus, cuiusmodi solent effutire vetulae, cum iam sexus vitio vitium aetatis accedens, nugacitatis morbum conduplicat. Extat proverbium apud Platonem in Theaeteto (c. 25. p. 176. B. quem locum citare oportuerat Interpretes ad Zenobium l. c.)

---

## I. HAINRICHMAN.

Triginta quae sequuntur Adagia (558—588.) opusculo suo inseruit Bebelius, missa sibi ab amico, cuius nomen, sanequam dignissimum quod ab oblivione servetur, huic particulae in media linea superscriptum est. Quam quidem consuetudinem, ut amici amicis, qui librum edituri essent, aliquid eiusdem aut similis argumenti suppeditarent quod edendae scriptioni affigeretur, et docent aliorum scriptorum exempla ex isto seculo, et vel ipse Hainrichmannus praeterquam hocce etiam alio exemplo comprobavit. De hoc vero scriptore parum omnino ad nostram pervenit notitiam; quod, quantulumcunque est, diligenter ut solet, ex Zapfii libro de Bebelii vita et scriptis Germanice edito congessit Iac. Franck, *Zur Quellenkunde des deutschen Sprichworts* (in: Archiv f. n. Sprachen XL p. 62 sq. cuius Annotationem si huc traustulero levi accessione auctam, operae pretium me facturum opinor. »JAKOB HENRICHMANN (Heinrichmann) aus Sindelfingen, Landsmann und Schüler Bebels, dem er — und zugleich dem Baron Christoph von Schwartzenberg — seine witzige Spottpraktik »Prognostica" zum Lesen überschikte und zugleich ersteren bat, sie seinen Facetien anzuhängen.... Die Le-

bensnachrichten über ihn sind sehr dürftig. Er lehrte zu Tübingen einige Jahre die Rechte, war der augsburgischen Kirche Canonicus und vicarius generalis in Spiritualibus, wie auch der schwäbischen Standesgenossen Triumvir. (vergl. Veith *Bibl. August.* I. 86 ff.) Im J. 1514 war er Rath des Bischofs Heinrich von Lichtenau in Augsburg. In seinen den Humanismus fördernden Bestrebungen wurde er nach seinem eigenen Geständniss von seinem Lehrer und Freunde Bebel aufgemuntert. Dass er sich nicht geringe Verdienste um die latein. Sprache und ihre Grammatik erworben habe *), bezeugt Caspar Cruciger, welcher in seiner Oratio *De initiis, progressione et incrementis doctrinae eruditae in Academia Lipsiensi et Wittebergensi* (Tom. V. Declam. Melanchth. p. 383.) sagt, dass, in Reinigung der Grammatik von den Ungereimtheiten und in der Anleitung zu einem besseren Gebrauch und Verstand der latein. Sprache und der Schriften der Classiker, vor Heinrich Bebel und Jacob Heinrichmann Niemand in Deutschland gewesen sey, der sich diesem wohlthätigen Geschäft unterzogen habe und dass man also die Einführung derselben diesen beiden Männern zu danken habe."

Quo maior honorifico huicce testimonio accedat auctoritas, ipsa adscribam Crucigeri verba: *In Grammaticae*, inquit, *tractatu conformando ad aliquem usum sermonis et scripta veterum intelligenda, haud scio an nemo nostrorum quidem hominum prius aliquid magnopere adiumenti attulerit litterarum studiosis, quam Bebelius et Henrichmanus.* Deinde nonnullis de Bebelio interpositis ita pergit Cruciger; *Praecepta Grammaticae ab Henrichmano ante annos LV edita in pretio fuerunt, propterea quod ordine perspicuo tradi omnia cernebantur, et addebatur exemplorum illustris copia. Audivi ex patre meo optimum virum et fidelissimum praeceptorem illis temporibus, Georgium Heltum, nostrae Academiae non ignotum, suis discipulis eum librum proposuisse,*

---

*) Er war Verfasser einer lateinischen Sprachlehre, die unter dem Titel: *Institutiones Grammaticae* mit einer Zueignungsschrift an Bebel im J. 1506 herauskam. Eine neue wohl vermehrte Auflage erschien zu Tübingen 1513 bei Thomas Anshelm. Angehängt sind derselben Bebel's *Ars versificandi et carminum condendorum* und von eben demselben *Racemationes et exquisitae observationes in carmine observandae.* (Conz, Allgem. Encyclop. d. W. u. K. von Ersch u. Gruber 1e Sect. VIIIer Bd. S. 276.)

*ita, ut ediscere cogeret has verbosas sane commentationis accuratae expositiones: atque multis fuisse id perquam molestum ac grave.* Haec autem verba, quum ipsam Crucigeri orationem nancisci non potuerim, transcripsi ex Iac. Burckhardi Commentariis *de Linguae Latinae in Germania per XVII saecula amplius fatis* (Hanoverae 1713) p. 299 sq. ubi haec de suo addidit: *Vixit adhuc tum Heinrichmanus Augustae Vindel. quum haec de ipso scripsit Cruciger, centum circiter annos natus.*

**558.** Potius credam, quam experiar; in eos dictum, qui incredibilia narrant.

**559.** Lectum amittere et prosequi plumam; de illis dicitur, qui neglectis magnis parva et vilia quaeritant.

**560.** Vaccam cum fistula commutare; de illis dictum, qui optima pro minimis dant.

**561.** Vetus ahenum facile denigrat tangentes; de illis qui veteres et senes contemnunt.

**562.** In baculo equitare; est frustra conari.

---

561. Erasm. Adag. I. 1. 47. *Bos lassus fortius figit pedem.* Divus Hieronymus [Oper. Omn. T. II. p. 346. Bas. 1553. F°.] oppido quam elegans adagium usurpavit, ad beatum Aurelium August. scribens, eumque deterrere cupiens, ne iuvenis senem provocet. Propterea quod tardius quidem ad pugnam excitantur hi, qui iam sunt aetate quasi fessi: verum iidem gravius saeviunt atque urgent, si quando senilis illa virtus irritata recaluit. *Memento*, inquit, *Duretis et Entelli, et vulgaris proverbii, quod bos lassus fortius figat pedem.*
Tappius 185*. *Bos lassus fortius figit pedem.* (Erasm. I. 1. 47.)
Wer sich an die alten kessel reibt/ der beschmeyßt sich gern.
Franck II. 117. Wer sich an alt kessel reibt/ der beschmeyßt sich gern.
An alten kesseln beromet man sich gern.

562. Franck I. 120*. Auf stecken geritten/ Es ist wol halb zu fůß gangen.

**563.** Nudum stramen, et vacuum triturare; est frustra laborare.

P. 140.

**564.** Curris, ut ligatus lepus; in tardos dicitur.

**565.** Eges ea re, ut currus quinta rota; ad illos qui superflua petunt.

**566.** Adusti pueri ignem timent; ad periculorum memores.

**567.** Vinum in scalis ebibere; dicitur in illos, qui infideliter mandata exsequuntur, omnia in suam utilitatem vertentes.

**568.** Si coelum rueret, multa fierent ollarum fragmenta; dicitur in illos, qui superflua timent.

**569.** Non sunt tot albi canes; est multitudinis significatio.

**570.** Nivem in fornace torrere; de frustra laborantibus dicitur.

**571.** Cacantes prophetae; in hariolos dicitur.

---

563. Erasm. Ad. II. 7. 91. *Ex inanibus paleis.* Ex Graeco proverbio quod memorat Diogenian. III. 13. et Apostol. IV. 28. *Ἀτὰρ ἐκ καθαρῶν ἀχύρων τετρύγηκας σῖτον.* Id est, operam sterilem et infrugiferam sumpsisti.

566. Franck 1. 88*. Verbrents kind förchts fewr.

568. Cf. supra Adag. 71. — Erasm. Ad. I. 5. 64. *Quid si coelum ruat*, ex Terent. Heaut. IV. 3. 41. Ironia proverbialis in eos, qui tutissimis etiam in rebus ridicule timent.

P. C. 737. Valt den hemel, so en blijft nerghent pot heel.
Olla cadente polo vetus omnis frangitur illo.

Tunn. 1015. Veelt de hemel, so blifft nicht eyn heel potte.
Nulla ruente polo vetus olla maneret et arbor.

Franck 11. 193. Wann der himel fiel/ so blib kein alter haf vnd baum.

570. Tapp. 15. *Mare exurere.* (Erasm. IV. 5. 58. ex Verg. Aen. IX. 115.)
Den schne im ofen backen.

Franck 11. 13. Den schnee im ofen backen.

571. Franck 1. 42. Man glaubt an keynn scheissenden heiligen.

**572.** Ut ovum intestaceum, vel sine testa, custoditur; dicitur pro illis, qui magna cura observantur.

**573.** Credis homines in arbore crescere.

**574.** Interea multum aquae in Neccaro vel Rheno praeterfluit; ad id dicitur, quod post multum tempus speratur.

**575.** Quid mihi Roma, si ego ante portas penderem? de avaris dicitur.

**576.** In quo nihil boni est, ex eo nihil boni exit; in detractores dicitur.

**577.** Malos vicinos habes; dicitur in iactatores et gloriosos.

**578.** Ut musca avis; ad illos dicitur, qui esse volunt quod non sunt.

**579.** Nullum folium ori apponere; id est: libere loqui.

**580.** Non curo anseres nudipedes ire; de negligenti dicitur.

**581.** Qui amissum equum quaerit, non curet haec; dicitur in illos, qui vana narrant vel curant.

---

574. Erasm. Ad. IV. 4. 9. *Multae rotae volventur* (ex Theocriteo XVI. 72.

Πολλοὶ κινήσουσιν ἔτι τροχὸν ἅρματος ἵπποι)

id est, Multum adhuc temporis restat, multaeque rerum incident mutationes. Quod quidem adagium et hodie nostrati vulgo in ore est.

Franck 1. 26. Es werden noch vil reder vmbgehn.

575. Franck 1. 88*. Was sol mir Rom/ so ich dauor hieng.

576. Franck 1. 88*. Wo nicht gůts innen ist/ da gehet nichts gůts auß.

577. Cf. Adag. 267.

579. Franck 1. 88*. Der wein nimpt keyn blat fürs maul.

„ 11. 21. *Vinum caret clavo.* Cf. Adag. 552.

Der vol nimpt kein blat fürn mundt.

**582.** Nec calefacit, nec frigefacit; de re inani et inutili dictum.

**583.** Per digitos videre; est: surda aure et sciens aliquid praeterire.

**584.** Ulcus tangere; est: verum crimen hominibus obiicere.

**585.** Ille venit in coelum, sicut vacca in antrum muris; de impossibilitate dictum.

**586.** Pilos lanae intermiscere; est fraudem committere.

**587.** Inter duo scabella in terram residere; est: aliquid propter spem amittere, quam non consequaris.

## H. BEBELIUS.

Hic denuo incipiunt Bebelii Adagia; id scilicet eo indicari videtur, quod nomen huius auctoris in media linea sequentibus sit superscriptum.

**588.** Modus in amore; est: nullus modus.

---

582. Apocal. III. 15. (*Schulze* n. 296.)

583. Tunn. 391. Men moet by tzyden durch de vinger seyn.
Omnia ne culpes; alias connivere oportet.
Agr. 306. Wer regiren wil / der mus horen vnd nicht horen / sehen vnd nicht sehen.
Tapp. 21. *Connivere.* (Erasm. I. 8. 50.)
Sie sehen durch die finger.
Franck 1. 48. Durch die finger sehen.
„ II. 170*. Man muß zu zeiten durch die finger sehen.

586. Franck 1. 27*. Har vnder woll schlagen.

587. Tunn. 1295. De vp beiden stolen wilt sytten, de sytten dar vake tusschen dale.
Labuntur, geminis cupientes sedibus uti.

588. Propertius II. 12. 29.
*Errat, qui finem vesani quaerit amoris;*
*Verus amor nullum novit habere modum.*

**589.** Constantia fortunae; est: nulla constantia.

P. 141.

**590.** Male agitur cum regno, cui duo reges praesunt.

**591.** Malum est, murem in pera nutrire; hoc est: habere familiarem et domesticum hostem.

**592.** Tria cavenda:

Aliorum litteras non legere; Nihil in officina fabri ferrarii tangere: ne in rem ignitam incidas; et Nihil in pharmacotheca degustare: poteris enim in venenum incidere.

**593.** Praeceptum pro sanitate corporis.

*Lote cale: i vel sta paste: et frigesce minute*, id est, post balneum sis in calore et quaere calorem; postquam comederis, sta vel ambula; postquam sanguinem minueris, frigus conducit.

**594.** Aliud.

Mane surgas atque deambula tria agri iugera.

**595.** Aliud.

*Mane petas montes: medio nemus: vespere fontes.*

---

589. Ovidius Trist. V. 8. 15.

*Passibus ambiguis fortuna volubilis errat,*
*Et manet in nullo certa tenaxque loco;*
*Sed modo laeta manet, vultus modo sumit acerbos*
*Et tantum constans in levitate sua est.*

590. Cf. Adag. 201. — Apposite Lucanus Phars. I. 93.

*Nulla fides regni sociis, omnisque potestas*
*Impatiens consortis erit.*

593. Est unum ex praeceptis Scholae Salernitanae, ubi c. II. quo agitur de confortatione cerebri, verbis paululum mutatis sic legitur versus:

*Lote cale, sta pranse, vel i, frigesce minute.*

595. Iterum est ex praeceptis Scholae Salernitanae, ubi in Additione ad c. II. qua agitur de recreatione visus, hoc legitur distichon:

*Fons, Speculum, Gramen: haec dant oculis relevamen;*
*Mane igitur montes, sub serum inquirito fontes.*

**596.** *Post ternos dies piscis vilescit, et uxor,* adde: et hospes.

**597.** Aër ex vento cognoscitur: pater ex filio: et dominus ex familia.

**598.** Iuvenis dum perveneris ad perfectam aetatem et de aliis hominibus sis locuturus, memento quae tu in vita peregeris; et sic minus in aliorum vituperationem descendes.

**599.** Si vis turpitudinem tuam taceri, ne vituperes alios.

**600.** Felix est, quem sua manus nutrit. Plus felix, qui sua recte dispensat et consumit. Felicior,

---

596. Erasmus Ad. IV. 1. 74. *Piscis nequam nisi recens* (ex Plauti Asin. I. 3. 26.) manet in hunc usque diem vulgo celebre. Dicitur autem peculiariter in hospitem, aut vulgarem amicum, qui primo quidem adventu non ingratus est, caeterum ante triduum exactum putet. — Adde Plauti Mil. Glorios. III. 1. 146.

*Nam hospes nullus tam in amici hospitium devorti potest,*
*Quin, ubi triduum continuum fuerit, iam odiosus siet.*

Franck 11. 18. Dreitågiger gast/ ist ein last.
Dreitågiger fisch/ taug auff keinn tisch.

597. Franck 1. 88*. Das wetter kent man bey dem wind/
Vnd den vatter bey seim kind/
Den herrn aber bey seim gesind.

598. Idem praeceptum invenitur in Catonis Distich. I. 16.

*Multorum cum facta senex et dicta recenses,*
*Fac tibi succurrant, iuvenis quae feceris ipse.*

599. Franck 1. 78*. Sag niemand wer er ist/ so sagt man dir nit/ wer du bist.

600. Franck 1. 88*. Selig ist den sein hand nert/
Noch seliger der seins wol verzert.
Der seligst des mund nit lestert/
Vnd der all ding zum besten kert.

cuius os non blasphemat. Felicior autem illo, qui ab omni peccato cavet. Multo felicior autem illis omnibus, cui Deus bonum finem vitae concedit. Felicissimus autem omnium, qui ad aeterna gaudia pervehitur; ut nuper scriptum inveni in Monasterio ad Duplices Aquas, vulgo Zuifulda, in coenaculo Abbatis.

---

In Monasterio ad Duplices Aquas, quod videtur admodum fuisse antiquum, quippe quod dicitur fundatum esse a. 1089, libentissime deversari solebat Bebelius. Alliciebat eum non modo Bibliotheca, quae ibi erat, pro iis temporibus ditissima, sed magis etiam liberalissima habitantium hospitalitas: quorum felicem iocundamque vitam et passim in Facetiis suis memoravit et peculiari celebravit carmine; quod, quoniam eo simul Monachi ad frequentem in studiis laborem excitabantur, multos annos dicitur in aedicula libraria Monasterii fuisse affixum ad parietem. Initium est:

Vos ego felices nunquam dixisse verebor,
Noscere si vultis gaudia vestra, Patres.

Princeps autem in his patribus fuit, qui eo tempore Abbas erat, Georgius Piscatoris (Fischer), homo doctus et valde facetus, ex cuius ore Bebelius nonnihil excepit, quod in Facetiarum libris inseruit. Praesertim vero reverendus ille Dominus de augenda monasterii Bibliotheca optime meritus est, eaque de re a Bebelio laudatus hoc tetrasticho

Quod modo doctorum solatia Bibliothecam
Struxeris, authorum doctis variisque refertam
Codicibus, semper te, Abba venerande Georgi,
Doctorum coetus laudabit, amabit, honorat.

De ista Bibliotheca exposuit Merzdorf, *die Bibliothek der ehemaligen Benedictiner-Abtei Zwiefalten.* Beitrag zur Literaturgeschichte des Mittelalters, namentlich Württembergs, in: Serapeum XX (1859) Nr. 1—2.

# INDEX SCRIPTORUM

## QUI IN BEBELII ADAGIIS CITANTUR.

---



---

# APPENDIX PRIMA

## qua continentur aliquot proverbia quae BEBELIUS memoravit in tribus, quos edidit, Facetiarum libris.

In Facetiis suis nonnulla proverbia memoravit Bebelius, quae in opusculo a nobis repetito non inveniuntur; quae, quum satis digna sint cognitu, sed per varios locos sparsa, si in unum collecta huc transferrem, non inutilem mihi visus sum impensurus esse operam. Magnus autem est editionum numerus, in quibus Bebelii Facetiae aut cum aliis eiusdem auctoris opusculis coniunctae sunt aut cum aliorum Facetiis uno volumine collectae, puta Nicod. Frischlini, Poggii Florentini, aliorum; quarum plerasque recensuit is quem antea nominavi, Iac. Franck l. c. Equidem usus sum editione quae hoc prodiit titulo: *Facetiae Heinrici Bebelii, superiorum aetatum dicta iocosa et facta ridicula continentes, in libros tres digestae, una cum Prognostico perpetuo. Accesserunt cet. Francofurti Ex officina typographica Nicolai Bassaei.* M.D.XC. 8°. quam satis accurate descripsit Zapf, *Heinrich Bebel nach seinem Leben und Schriften* (Augsburg 1802) p. 214—216 et post eum Iac. Franck l. c. p. 71.

**1.** Proverbium in loquaces.

Cum apud dominam suam sarcinatrix quaedam iugiter loquacitate perstreperet, accedens illam dixit quidam: Sinas te semel interrogari. Ne scilicet semper sola loqueretur. Inde in proverbium cessit.

**2.** Est et aliud in eosdem loquaces, ut dicunt nostri: Verba mille, vel duo, aut quatuor millia non sunt colligata in illum hominem; designantes multiloquium: nam si colligata essent, cohaererent corpori, nec tam affluenter exciderent ore.

**3.** In eosdem dici consuetum est: Ille est homo facilis, nam non est opus ut interrogetur; dum scilicet per se ipsum plus quam deceat, loquatur.

**4.** Et ego cum nuper quidam papyropola, ut vocant, et chartarius plus aequo loquax esset, dixi: Os illius hominis et lingua summo gaudio affici deberent, quando dormitum iret. Quaesiverunt adstantes causam; respondi, ut a labore quiescerent. Subiunxit alter: Si tantum robur in manibus haberet, quantum in ore et lingua, nullo labore frangerentur.

**1—4.** Facetiarum L. I. f. 8. p. 8*.

**5.** Proverbium in Polonos.
Cum in Sarmatia essem, audivi esse proverbium inter Germanos, qui ibidem morabantur: Polonus fur est, Prutenus proditor domini, Boemus haereticus, Suevus loquax.

**6.** Quod cum olim inter nostros recitassem, subiunxit alter: Tanta religione teneri Polonos, ut saniori conscientia furarentur equum Dominica die, quam quod die Veneris lac vel butyrum comederent.

**7.** Alter festivius: Tam religiosus est Polonus, ut, priusquam abesset a templis deorum, intempesta nocte per fenestra intraret; designans furta eorum.

**8.** Proverbium est in eos qui se ostentare volunt in aliqua re, cum sint minus idonei, ut dicamus: Ille semel lancea transivit vestibulum illius artis vel rei.

**9.** Et alii dicunt: Ille semel in dedicatione templi fuit illius vel alterius artis.

**10.** Sanctitatem augurari ex promissa barba, stultum est. Si enim barba probitatem adderet, hircus esset vel omnium probissimus.

**11.** Scientiam non habere inimicos, nisi ignorantes eam; est in veteri proverbio.

**12.** Rufum esse, mala natura esse dicitur, iuxta hunc versum:
Raro breves, humiles, vidi rufosque fideles.

**13.** Solent nostri dicere postquam vident rufum hominem: Ille esset malus caminarius, hoc est, ille qui caminum mundaret. Cum quaeritur ratio, dicunt: Nam si caput extra caminum erigeret, crederent rustici, esse ignem, atque undique concurrerent, pulsarentque campanam, quam vocant, quae tumultus vel necessitatis gratia homines convocat.

**14.** Cum quis in taberna compotando ita inebriatus esset, ut neque pes neque caput suum officium faceret, portareturque manibus convivarum in maternam domum, illeque matrem conspexisset, dixit ad illam: Mater, age gratias hominibus, ipsi portant me. Quod postea in proverbium venit.

**15.** Proverbium apud nos est: Nobiles esse deformes, et nobilitatis pedissequam deformitatem, et filios civium pulchros.

**16.** Si aliquis non habet falcones aut accipitres, cum noctuis aucupabitur.

**5.** L. I. f. 9. p. 4. — **6. 7.** L. I. f. 9. p. 4. — **8. 9.** L. I. f. 15. p. 5*. — **10.** L. I. f. 30. p. 12*. — **11.** L. I. f. 31. p. 12*. — **12.** L. I. f. 39. p. 15*. — **13.** L. I. f. 40. p. 15*. — **14.** L. I. f. 67. p. 23. — **15.** L. I. f. 71. p. 24. — **16.** L. I. f. 80. p. 27*.

**17.** Rusticis nostris Alpestribus est in proverbio: Ranarum cantum esse angelicum: alaudae, diabolicum. Haec cantat etiam frigore, illa tantum in calore.

**18.** Quid lupus vulpem de praeda accusat? ita est in proverbio.

**19.** Dicitur in proverbio nostro: Nihil esse audacius indusio molitoris, quam camisiam vulgo nominant, quoniam omni tempore matutino furem collo apprehendat.

**20.** Proverbium in parum prudentes.

Ad hominem parum prudentem dixit aliquis: Tu esses valde idoneus consul (quem nos magistrum civium vocamus). Illo causam sciscitante ait: Nam collectam simul et absconditam habes prudentiam in thesauro aliquo, quoniam hactenus nunquam es usus. Quod ille indignatissime accepit, quoniam sibi prudentissimus videbatur.

**21.** Aliud in eosdem proverbium.

Cum volumus designare fatuum, nos Suevi dicimus: Optimum esset occultare sapientiam cum illo; nemo enim apud eum quaereret.

**22.** Cum olim sacerdotem mihi notum quidam mulierosum criminaretur, subiunxit alter eidem sacerdoti infestus: Bonus es homo, qui gratis et tua sponte dicis hominibus veritatem, dum multin non nisi coacti vel in iudicio vel quaestione faciant, aliique pretio conducantur. Quod in proverbium cessit.

**23.** Hanc fabam in se cudi, is dicit, cui perspectum est, aliquid mali in se machinatum.

**24.** Vetus est superstitio et falsa credulitas rusticorum, ut si cui mane lepus transverso itinere obvius venerit, malum aliquid illi hoc die portendi.

**25.** Risum passus est et damnum; ita dici solet veteri proverbio.

**26.** Venit in proverbium, ut quandocunque aliquis aequo plus et effusius rem laudet vel numerando excedat, ut dicatur: Deme aliquid.

**27.** Hoc etiam venit me auctore in proverbium apud nos, quoties aliquis fidem veri loquendo excessit, ut cogatur dicere: Loquendo sine diligenti examine.

**28.** Est adhuc apud nos in proverbio contra negligentes vel nullam curam gerentes: Ipse talia non curat.

**29.** Est verissimum proverbium apud nostrates, nullum genus esse

**17.** L. I. f. 82. p. 28. — **18.** L. I. f. 84. p. 29. — **19.** L. I. f. 88. p. 30. — **20.** L. I. f. 90. p. 30*. — **21.** L. I. f. 91. p. 30*. — **22.** L. I. f. 95. p. 32. — **23.** L. I. f. 97. p. 32*. — **24.** sq. L. II. f. 59. p. 54. — **26.** sq. L. II. f. 67. p. 56*. — **28.** L. II. f. 96 p. 67. — **29.** L. II. f. 106. p. 70.

in terris, quod plus velit et cupiat honorari, sibique honores in omni conventu exhiberi, quam homines nihili, nebulones, et meretrices. Nec esse genus in terris, quod minus quam illi conetur ad virtutes et egregia, unde honores debent consequi.

**30.** Vulgare est proverbium Suevorum, quo dici solet: Bonum prandium pollere, et pensandum esse patibulo; hoc est, non detrectandam esse suspensionem pauperibus propter bonum prandium.

**31.** Est hodie frequens proverbium apud nostros: Vasculum, vel lagunculа gigantis; de re inexhausta, aut de eo, qui vaframento aliquo atque astutia deceptus est.

**32.** Proverbium est apud Suevos: Si natalis dies sancti Iohannis Baptistae serenus fuerit, magnum nucum avellanarum futurum esse proventum.

**33.** Nostri in claudos ita iocari solent: Illi non est hic patria; quia non ambulat more hic consueto.

**34.** Similiter in strabones: Hic est alienigena; non videt enim, ut homines hic solent.

**35.** Est etiam nostris nunc creberrime in proverbio, ut dicant, alium contemnentes: Ille est claudus sartor; vel dum aliquis credit se contemni, dicit: Putasne me claudum sartorem?

**36.** Qui sint insignes fatui.

Fidelis amator puellarum, probus lusor, et misericors miles seu militans, nimium stulti dicuntur.

**37.** Est proverbium apud nostros, quando monachi peregre proficiscantur, quod sint pluviae.

**38.** Proverbium apud Germanos.

Si vis esse laetus per unum diem, intra balneum; post enim largius bibunt homines, unde laetitia nascitur. — Si per hebdomadam, minue sanguinem. — Si per mensem, interfice porcam, ubi farciminibus et carnibus suillis homines lautius epulantur. — Si vero per annum, ducas uxorem. Multorum vero opinione poenitere emitur citius quam per annum ab his qui ducunt uxores.

**39.** Alii ita dicunt: Si vis gaudere per unum diem, radas barbam. — Si per septimanam, vade ad nuptias. — Si per mensem, eme pulchrum equum. — Si per medium annum, eme pulchram domum. — Si per annum, ducas pulchram uxorem. — Si semper vis esse laetus et gaudens, fias sacerdos.

**30.** L. II. f. 113. p. 72*. — **31.** L. II. f. 129. p. 79. — **32.** L. II. f. 136. p. 81*, — **33—35.** L. III. f. 9. p. 93. — **36.** L. III. f. 55. p. 109. — **37.** L. III. f. 87. p. 118. — **38.** sq. L. III. f. 92. p. 119*.

**40.** Aliud.

Ut vivas sanus, semel in anno minuas sanguinem, semel in mense intres balneum, semel in septimana amplectere Venerem, bis in die comede bibeque, quiete et bene nocte dormi.

**41.** Aliud.

Haec familia omnium inutilissima atque tristissima praedicatur: Gallina sine ovis; Porca sine succulis; Vacca sine lacte; Filia, quae noctu extra domum divagatur; Filius lusor; Uxor furtim bona viri absumens; et Famula praegnans.

**42.** Aliud.

Haec raro contingere atque fere contra naturae cursum esse traduntur ab otiosis: Puella adolescens sine amore; Nundinae sine furibus; Antiquus Iudaeus sine divitiis; Antiquum horreum sine muribus; Antiqua vestis pellicea sine pediculis; Antiquus caper sine barba; Antiqua monialis sine religione.

**43.** Ita etiam illi: Balneator, qui nunquam sudaverit; Pastor, super quo nunquam pluerit; Mango, hoc est, venditor equorum, qui nunquam fuerit mentitus; Auriga, qui nunquam blasphemaverit; et Molitor, qui nihil sit unquam furatus.

**44.** Etiam nunc proverbium est in scabiosos, ut dicamus: Cave a Pocherio, alioqui te suspendet. Pocherius iste pecoribus custodiendis erat praepositus. Qui cum haberet secum comitem adolescentiorem, curvavit semel truncum arboris, huicque puerum appendit. Interim vero turba in pecore facta est, ut Pocherio compositore opus esset. Qui cum ad pecus abiens puerum in trunco appensum reliquisset, reversus truncum invenit renisum sursumque ductum, puerum exanimasse. Domum rediens noctu sine comite, dicit se illum suspendisse. Tandem vinculis addictus, nullam aliam caussam attulit sui facti, nisi quia puer fuerit scabiosus.

**45.** Proverbium est apud nos: Ede interim etiam olus; in eos qui carnes sibi devorant, olus contemnunt.

**40.** L. III. f. 105. p. 123. — **41.** L. III. f. 93. 119*. — **42.** L. III. f. 94. p. 120. — **43.** L. I. f. 77. p. 26*. — **44.** L. III. f. 128. p. 132*. — **45.** L. III. f. 135. p. 135*.

# APPENDIX ALTERA.

Ne quid hoc loco praetermissum videatur ex iis quae in Bebelii opusculis reperiuntur ad sententias proverbiales pertinentia, necesse est superioribus adiungantur

Versiculi quidam Henr. Bebelii Iustingensis, egregias sententias
in se continentes,

qui extant in libro qui inter antiquissima huius auctoris scripta numerandus est et simul cum aliis quibusdam opusculis editus est hoc titulo:

Liber Hymnorum in metra noviter redactorum.
Apologia et defensio poetice ac oratorie maiestatis.
Brevis expositio difficilium terminorum in hymnis ab aliis parum probe et erudite forsan interpretatorum per Henricum Bebelium Iustingensem edita, poeticam et humaniores litteras publice profitentem in Gymnasio Tubingensi.
Annotationes ejusdem in quasdam vocabulorum interpretationes Mammetracti.

(sine indicio loci, anni vel typographi. Probabilter, ut censet Schnurrer, Progr. II. *De origine Typographiae Tubingensis* (Tubing. 1788 F°.) editus est Tubingae a. 1501. ap. Joh. Ottmar.)

In his scilicet versiculis nonnulli sunt, quos Bebelius postea in Adagiis repetiit, sed absque rhythmis Germanicis quos prius addiderat: quod quum neglexerim suo loco monere, melius mihi visum est negligentiam corrigendo confiteri, quam reticendo celare. Ipsum autem Bebelii librum, qui admodum rarus videtur, quum mihi acquirere non potuerim, hos versiculos non aliunde huc potui traducere, quam ex Zapfii libro p. 185—187. derivatos.

**1.** Carmen sodaticum.

Lex bona, non mala vis: sapiens, non stultus abundans
Anteferendus erat, ut meritum, haud favor, est,
Temporibus priscis; sed nostro tempore vertas,
Ut fertur, folium: et dicere vera potes.

Sic:

Est favor, haud meritum, ut erat anteferendus abundans
Stultus, non sapiens; vis mala, non bona lex.

Vor reycher Dorheit soll weißhait ston
vor gunst sol ouch billichait gon
vir gewalt darzu das recht
ker das blat rum du wirst gewert.

**2.** Cur ego mortalis possum laetarier unquam?
Tempus enim, quo sum vel moriturus, erit.
Sed quando immineat, nunquam cognoscere possum
Et, quo perveniam, nescius atque miser.

Jch ſtirb vnd waiß nit wan
ich far vnd waiß nit wa hin
mich nempt wunder das ich frelich bin.

**3.** Ah quis sollicito non gestat mille dolores
Pectore? quisque suas sustinet ecce cruces.

Welcher mag ſyn vff erd brait vnd weyt
der nit hab truꝫ vnd anfechtung zu aller zyt.

**4.** Paupertas tumida et mendax cum divite sacco
Atque senex Veneris malesani et cultor amoris
Displicuisse solent hi tres hominique Deoque.

Alt buler vnd hoffertig arm man
richer lugner iſt ouch daran
denen gemeyn iſt got vnd die welt gran.

**5.** Haec quatuor pervertunt omnia iudicia:
Pinguia dona, odium, favor et timor exitio sunt
Iudiciis, per quae iudex corrumpitur omnis.

Gelt gunſt forcht vnd nyd ſend
die recht werffend an ein glind end.

**6.** Haec tria pervertunt regna et urbes:
Urbes pervertunt et florentissima regna:
Res privata, simul non multum experta iuventae
Consilia, atque latens funesto in corde simultas.

Aigner nuꝫ: iunger rat vnd verborgner nyd
verderbt vil ſtett land vnd leyt.

**7.** Haec tria faciunt sapientem virum:
Haec sunt prudentis: faciunt haec iure sagacem:
Copia librorum cui sit pervisa frequenter;
Qui mores hominum, multas et viderit urbes;
Calleat historias, regumque heroica gesta.

Den ſchrybend die alte wyß vnnd clug
der vil biecher geleſen hat vnd lender gnug
erſaren darzu menchen man
der vil alte geſchichten weiſt vnd kan.

**3.** Repetitum est hoc distichon in Adagiis n. 384. — **4.** Hanc sententiam in Adagiis n. 158 soluta oratione sic proposuit Bebelius: *Tres displicent Deo et hominibus: Pauper superbus, dives mendax, et senex amator.* — **5.** Repetitum in Adagiis n. 110 — **6.** Iterum soluta oratione hanc sententiam sic expositam legimus in Adagiis n. 159. *Haec tria pervertunt regna et urbes: Amor rei privatae, consilia iuvenum et simultas civium.* — **7.** Repeti-

**8.** Haec sunt quae maxime homines
decipere solent.

Decipiunt multos (ut nos docuere priores)
Et favor haud durans principis atque ducum:
Et muliebris amor: nec non aprile serenum,
Labile vel folium, quod, rosa pulchra, geris.
Nisus et accipiter multo discrimine equusque
Tractatur: saepe et tessera vota negat.

Herren gunst vnd aberellen wetter
frowen liebe vnd rose bletter
roß würffel vnd feder spill
betriegen menchen der eß geloben wil.

**9.** Profuit ingenium quondam coluisse per artes;
Nunc valet ad mundum nil nisi divitiae.

Vor zytten ward hoch geacht kunstler
vnd haust ytz gelt so haust du er.

**10.** Proh dolor, o Superi, veneratur solus abundans,
Nec probus, aut doctus: nemo iuvatque inopem.
Diligitur nullus, nisi cum sit adulans:
Fallere qui nescis, Vae tibi nunc misero.

Allain geert wird ytz der reiche man
fromme vnd kunst gat gar vnden dran
allain geliebt der smaiher fry
we dier kanst yetz nit triegery.

tum est in Adagiis n. 386. — **8.** Repetitum in Adagiis n. 160. — **10.** Repetitum in Adagiis n. 383. ubi versus tertius, qui hic toto pede caret, sic legitur emendatus:

*Et nunc diligitur nullus, nisi cum sit adulans.*

# INDEX

quo docetur sub quibus vocibus singula Bebelii Proverbia in Wanderi Lexico proverbiali Germanico aut iam sint memorata in quatuor quae prodierunt voluminibus aut exspectentur memoratum iri in mox prodituro volumine quinto eiusque supplemento.

---



---

Deutsches Sprichwörter-Lexikon. Ein Hausschatz für das deutsche Volk. Herausgegeben von F. K. W. Wander. Leipzig: F. A. Brockhaus. 4 BB. 1867. 1870. 1873. 1876.

Wald 7. 8.
**353.** Christus 47.
Gott 2160.
**354.** Hand 372.
Viele 8.
**355.** Hase 249.
**356.** Beichte 2.
**357.** Trockenheit 1.
**358.** Regen 69.
Wolke 52.
**359.** Nachreue 3.
Weib 193.
**360.** Natur 55.
**361.** Versprechen 71.
**362.** Verstand 42.
**363.** Herkommen 6.
**364.** Glück 669.
**365.** Gebrechlich 4.
Mensch 499. 511. 580.
**366.** Schwert 20.
Sterben 131.
**367.** Kraut 59.
Unkraut 19.
**368.** Kraut 12.
Unkraut 28.
**369.** Ei 28.
**370.** Maul 48.
Wort 105.
**371.** Kreuz 67.
Unglück 75.
**372.** Niemand 33.
**373.** Unglück 129.
**374.** Teufel 529.
**375.** Fass 1.
**376.** Heft 6.
**377.** Degen 26.
**378.** Schwert 52.
**379.** Bescheren 14.
**380.** Kopf 324.
**381.** Leute 1037. 1080.
Reich (*Adj.*) 128.
**382.** Bald 3.
**383.** *a* Reichthum 154.
*b* Schmeicheln 1[illegible].
**384.** Kreuz 43.
**385.** Liebe 360. 774.
**386.** Ding 1117.
**387.** Braut 8.
**388.** Braut
**389.** der Böse 11.
**390.** Wolf 36. 211. 236.
**391.** Hure 210.
Weib 1359.
**392.** Teufel 1066.
**393.** Schaf 179.
**394.** Auge 208. 214. 222.
**395.** Auge 25. 131.
**396.** Wolf 43. 204. 220. 320.
**397.** Alter 57.
**398.** die Alten 48.
**399.** Freund 76.
**400.** Atzel 1.
Elster 1.
**401.** Pfeffer 17.
**402.** Ding 1119.
Frau 137.
Weib 294. 295. 297.
**403.** *a* Glück 219.
*b* Glück 46.
**404.** Fuss 29.
**405.** Hase 68.
**406.** Gänger 1.
**407.** Brot 264.
**408.** Weib 697. 850. 901.
**409.** Recht 23. 143. 207.
**410.** Geld 28.
**411.** Ding 920.
**412.** Fasten 13.
Marterwoche 2.
**413.** Sparer 13.
**414.** Gut (*Subst.*) 291.
**415.** Katze 708.
**416.** Katze 762.
**417.** Pfeifen 64.
**418.** Acker 57.
**419.** Weib 443. 740. 919.
**420.** Herr 682.
der Reiche 178.
**421.** Unmass 1.
**422.** Ungebeten 2.
Ungeladen 2.
**423.** Stiefel 1.
**424.** Kind 712.
**425.** Haben 149.
**426.** *a* Glück 843.
*b* Glück 760.
**427.** Feindschaft 1.
**428.** Dieb 47. 53. 171.
**429.** Leute 141.
**430.** Katze 1192.
**431.** Acker 31.
**432.** Garn 13.
Netz 29. 33.
**433.** Wahrheit 155.
**434.** Wahrheit 17. 104. 210.
**435.** Sache 205.
Ursache 4.
Wolf 65. 238.
**436.** Sorge 64. 67. 77. 80. 81. 124.
Sorgen 52.
**437.** Geld 892.
Gut (*Subst.*) 116. 127.
**438.** Liebe 103.
**439.** *a* Frau 359.
Mutter 109. 110.
*b* Nachteule 1.

**440.** Fuchs
**441.** Fuchs 40. 68. 82. 85.
**442.** Wein 672.
**443.** Noth 144.
**444.** Furcht 17.
**445.** Undankbarer 1. 21.
Verlieren 9. 22.
**446.** Geld 774.
Kupfer 2.
**447.** Winter 40. 55.
**448.** Maul 57.
**449.** *a* Streit
*b* Zweifel
**450.** Traum 25.
**451.** *a* Stock 57.
Wein 202.
*b* Apfel 18.
Baum 249.
**452.** Glauben 96.
Trauen 78.
**453.** Herd 15.
**454.** Ding
Vier
**455.** Ding 299. 1055. 1056. 1110.
Husten (*Subst.*) 5.
Liebe 186. 602.
**456.** Ding 286.
**457.** Ding 1401.
**458.** Baum 109.
Eiche 11.
**459.** Ding
Weib
**460.** Gepäck 2.
**461.** Gewinn 60. 66. 68.
**462.** Vogel 314. 317.
Vöglein 28.
**463.** Rom 52.
Köln 4.
**464.** Hüten 134.
**465.** Scham 48.
**466.** Frist 1.
**467.** Schwert 82.
**468.** Gott 1760.
**469.** Nackter 6.
**470.** Fremd 3.
Holen 2.
**471.** Kind 690.
**472.** Bitte 11.
**473.** Geck 48.
**474.** Tag 174.
**475.** Ende 38. 67.
**476.** Pfeife 33.
**477.** Ehre 327.
**478.** Hund 78.
**479.** Schule 9 14. 27. 28.
**480.** Jäger 44. 46. 47.
**481.** Gott 1052. 1087.
**482.** Gut (*Subst.*) 109.
**483.** Gut (*Subst.*) 96.
**484.** Feind 58. 75.
**485.** Gleich 39. 68.
**486.** Geben 58.
**487.** Stahl 3.
**488.** Fuchs 221.
Schalk 133.
**489.** Brot 205.
Essen 124.
Mahl 25.
**490.** Brot 139.
**491.** Gruss 9.
Wort 2. 122. 123. 288.
**492.** Schleifen 1.
Wasser 232.
Wetzstein 1.
**493.** Böse (*Adj.*) 33.
Schwimmen 7.
**494.** Stehlen 19. 72.
Wirth 142.
**495.** Reiher 1.
Wasser 142.
**496.** Feuer 53.
**497.** Spiel 62.
**498.** Nest 2. 27.
Vogel 337.
**499.** Wolf 195. 251. 252.
**500.** Hunger 118.
**501.** Hunger 23.
**502.** Esel 173.
**503.** Arm
**504.** Gott 1516.
Spotten 2.
**505.** Geck 37.
Narr 669.
**506.** Wolf 28. 280.
**507.** Beherrschen 1.
**508.** Leute 1103.
**509.** Lachen 10. 90.
**510.** Landsmann 3.
**511.** Bald 12.
**512.** Fragen 129.
Geck 7.
Kunz 10.
**513.** Esel 242. 255.
**514.** Esel 256.
**515.** Pferd 422. 518.
Ross 84.
**516.** Tag 29.
**517.** Tag 26.
**518.** Mord 3.
**519.** der Fremde 8. 9.
Gast 89.
**520.** die Alten 57.
**521.** Brot 27.
Mehl 33.
**522.** Land 85. 148.
**523.** Reiten 15.

---

# APPENDIX PRIMA.

1. Fragen 46.
2. Wort
3. Fragen
4. Mund
   Zunge
5. Pole 4.
6. Pole 6.
7. Pole
8. Geschwell
9. Schulrecht 3. 4.
10. Bart 28.
    Weisheit 32. 43. 46. 135.
11. Kunst 17. 27. 29.
12. Bart 36. 37. 39.
13. Rothhaariger
    Shornsteinfeger
14. Hand
15. Adel
16. Falke 21.
17. Frosch 13. 14.
    Lerche
18. Wolf 517.
19. Müller 60.
20. Bürgermeister
21. Verbergen
22. Umsonst
23. Bohne 27.
24. Hase 129.
25. Spott 30.
26. Abziehen
27. Sagen
28. Gleichgültig 1.
    Fragen 135. 141. 145.
29. Bube 16. 30. 31.
30. Mahl 18.
31. Held 22.
    Othmar 1.
32. Johannis 2.
33. Vaterland
34. der Fremde
35. Schneider 88.
36. Narr
37. Fromme 74.
    Pfaffe 251.
38. Tag 503. 522.
39. Tag
40. Gesund
41. Geschlecht
42. Ding 1020.
    Jahrmarkt 4.
    Weib 518.
43. Selten
44. Pocher 2.
    Schäbiger 3.
45. Kraut 37.

---

# APPENDIX ALTERA.

1. Weisheit
   Billigkeit
   Recht
2. Fröhlich
   Sterben
3. Kreuz 48.
4. Ding 606.
5. Ding 1067. 1068.
6. Nutzen 23.
7. Ding 1117.
8. Herrengunst 26.
9. Künstler 14.
10. Ehren
    Lieben
    der Reiche
    Schmeichler.

---

# ANNOTATIO

qua ostenditur quibus verbis cum antiquiores tum recentiores haec, quae BEBELIUS collegit, proverbia pro suo quisque more enuntiaverint.

---

## 1. Mendax est fur.

Fabri de Werdea, Proverbia metrica n. 201. v. 469.

Mentiri solitus solet et furarier idem;
Hoc revocare piat, hoc fera poena crucis.
Wer do pflegt gerne zcu liegen
Pflegt auch stelen vnd betrigen
Widderrueffen das ersto buessen kan
Das ander den galgen pringt seynem man.

Bloccius, Praecepta formand. pueror. morib. perutilia v. 86.

Rex Artaxerxes clavo punivit aheno
Mendaces; furtum his dicitur esse comes.

De Artaxerxe testatur Plutarchus in vita c. XIV. p. 1018. A.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leerzacken p. 187.

Wijst my een rechte leughenaer,
Ick wijs' u stracx een dief daer naer.

Gatti, Sales poetici proverbial. et iocosi p. 115.

Mendaces aiunt furibus esse pares.

## 2. Multiloquos mendaces esse.

Dion. Cato, Distich. II. 20.

Exigua his tribuenda fides, qui multa loquuntur.

Beda Venerabilis, Proverbior. liber p. 291.

In multiloquio non deerit peccatum.

Brants Narrenschiff, 19. 69.

Vil schwätzen ist selten on sünd.

**Colm.** 20. 16. (Zingerle p. 119)
Vil rede ist selten âne luc.

**der Minnen loep** (ed. Leendertz) II. 596.
Dat pleechmen te segghen int ghemeen,
Die veel clapt dat hi veel liecht.

**Fabri de Werdea**, Proverbia metrica n. 49. v. 125.
Est vere sapiens qui novit parcere verbis:
Saepe solet nugas dicere multiloquus.
Der ist eyn weysze man Der myt vernunfft schweygen kan;
Vil reden, als man list, Der unwarheyt muter ist.

Ibidem n. 212. v. 491.
Pluribus in verbis mendacia multa latebunt;
Iugiter hinc caveas plurima verba loqui.
In vil reden verschlossen ist
Vil liegensz, als man list;
Dor vmb red wenig zcu allen stunden
Das du nicht liegenhafftig werdest erfunden.

**Peder Lolles**, Samling af Danske og Latinske Ordsprog n. 628.
Multum lingua loquax quandoque solet fore mendax.
Then lyffwer offthe, ther möghet maa thaalaê.

**Wegeler**, Philosophia Patrum n. 2743.
Die Zunge, die man schwatzhaft fand,
Oft auch in Lügen ist gewandt.

**Glandorp.** Distich. ad bon. mor. paraenet. I. 114.
*Mendaces qui multa loquuntur.*
Multorum exemplo temere cave multa profundas:
Mendax est quisquis garrulitate valet.

**Loci Communes** proverbiales p. 76. **Gartner** p. 61*.
Respice, multiloquax quod sit saepissime mendax.

**Wegeler**, Philosophia Patrum n. 2742.
Beachte stets, dass ein Viel-Schwätzer
Ein Lügner ist und ein Streit-Hetzer.

**Loci Communes** proverbiales p. 76. (Pr. C. 195.)
Saepe loquens multa, loquitur mendacia multa.
Das sprichwort selten thut betriegen,
Wer viel schwetzt, der thut viel liegen.

**Buchler.** Gnomol. p. 171.
Multa loquens, veterum si sunt proverbia vera,
Plurima, quae vero sunt aliena, refert.
*Vel:* Largus verborum, veri parcissimus esse
Assolet, ut veterum nos monumenta docent.

Buchler. Thesaurus proverbial. sentent. p. 194.
Wer viel schwaetzt, der leugt auch viel.
Peccato absque loqui plurima, difficile est.
Qui multum loquitur, multum hunc errare necesse est.

Campen, Gemeene Duytsche Spreckw. p. 28. [n. 482.]
Weel veele secht, die liecht geerne veele.

Neander, Veter. sapient. German. sapientia p. 28.
Wer gerne leuget, der stilt gerne. Wer viel redt, der leuget viel.

## 3. Libertate caret summaque servitute premitur, cui ducitur prava uxor.

Menander, Monost. v. 197.
*Ζευχθεὶς γάμοισιν οὐκ ἔτ' ἔστ' ἐλεύθερος.*
v. 382. *Νόμιζε γήμας δοῦλος εἶναι διὰ βίου.*

Baptista Mantuanus, Ecl. I. 47.
Ludit amor sensus, oculos praestringit, et aufert
Libertatem animi, et mira nos fascinat arte.
113. Quisquis amat servit, sequitur captivus amantem,
Fert domita cervice iugum, fert verbera tergo
Dulcia, fert stimulos, trahit et bovis instar aratrum.

Fabri de Werdea, Proverbia metrica n. 216. v. 499.
Libertate caret, cui pessima ducitur uxor,
Hic quia nil faciet ni quod et illa velit.
Dem eyn boesz weyb wirt gegeben
Der ist nicht frey in seynem leben
Dann er thar nichtes begynnen
Es sey dann der frawen auch zcu synne.

Drie daghe here 2. (Schröder in H. Arch. 44. p. 344.)
Men seet, hine heeft niet sine wille,
die aen een quaet wijf es ghehuut.

Palingenius, Zodiacus Vitae (*Leo*) L. V. 475.
Ille etiam penitus liber non esse videtur
Cuicunque est uxor: mores mutare necesse est,
Et iuvenilem animum compescere, linquere lites,
Stare domi, non ire procul, longinqua videre
Oppida, nec tota per vicos nocte vagari,
Has illas pulsando fores, et scorta petendo,
Ast opus est gravius tunc vivere, sollicitequе
Rem curare, minor ne fiat, sed mage crescat,
Ne premat extremam paupertas dura senectam.

Loci Communes proverbiales p. 28 Gartner p. 121.
Qui capit uxorem, capit absque quiete laborem,
Longum languorem, lacrymas, cum lite dolorem.
Ein boess weib nemmen zu der eh,
Macht vnruh, zweitracht, ach vnd weh.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 2419.
Wenn ein Weib genommen hast, Hast du Plage sonder Rast,
Langeweil' als steten Gast, Thränen und des Haders Last.

Ritzius, Florilegium Adagior. p. 92.
Femina quem superat, nunquam vivit sine poena,
Libertate caret, dura constrictus habena:
Felices illi, quos non capit illa sagena;
Nam, nisi mors veniat, non rumpitur illa catena.

Sutor, Latinum Chaos p. 455.
Uxorem tenero qui ducit victus amore,
Arbitrii non est amplius ille sui.

4. Comparantur canes et mulieres. Illi, dum volunt, mingunt: haec, dum vult, flet.

Fabri de Werdea, Proverbia metrica n. 232. v. 531.
Possumus assimilare canes mulieribus ipsis:
Hic mingit, dum vult, haec lacrimare potest.
Die frawen moeg wir gleych machen
Den hunden ausz diser sachen;
Der hund seycht offt vnd vil
Also weynet die fraw wenn sie wil.

Garnerius, Thesaur. Adag. Gallico-Latinor. p. 303.
A tout heure chien pisse et femme pleure.
Singulis momentis flet mulier et canis mingit.

Buchler. Gnomologia p. 213.
Flet mulier, meiitque hora quacunque catellus.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leërzacken p. 166.
Een hond die pist, een vrouwe schreyt,
Als elck maer wilt, ghelijck men zeyt.
p. 275. Een hond die pist al ooghen-blick;
Een vrouwe weent oock wel zoo dick.

Const. Huygens, Spaensche Wysheit n. 935.
Vrouw of hont en kan noyt missen,
Waer af schreyen of af pissen.

Ibid. Dum vult, flet mulier.

Publilius Syrus, Sententiae v. 130.
Didicere flere feminae in mendacium.

Burkh. Waldis 4. 81. 42. (Sandvoss p. 40.)
Wie denn die frawn gemeiniglich
können lachen, weinen, wenn sie wöllen,
sich wie ein crocodilus stellen.

Essai de Proverbes Fr. avec l'interpret. Latine p. 21.
Femme rit, quand elle peut; et pleure, quand elle veut.
Quoties potest, ridet femina; flet autem, quando lubet.

Gruterus, Florilegium Ethico-Politicum P. III. p. 2.
Ad lacrimas nil femina proclivius.

Rizius, Florilegium Adagior. p. 376.
Femineo fletu nihil est fallacius usquam:
Flet ridetque levis femina, quando lubet.
p. 922. Quando potest, ridet; quoties vult, femina plorat.

## 5. Non commovearis lacrymis mulieris, claudicatione canis, et iuramentis mercatorum et institorum.

Fastnachtsp. Nachl. 329. 25. (v. Zingerle p. 75.)
An hundes hinken, frawen wainen vnd Krämer schweren
dâ darff sich kain man an kêren.

Campen, Gemeene Duytsche Spreckw. p. 31. [n. 524.]
An der Honde hincken ende koopluyden sweren
sal sich niemand keren.

Glandorp. Distich. ad bon. mor. paraenet. I. 341.
*Mercatoribus et canibus non credendum.*
Claudicat et canis, et mercator numina iurat;
Ne fallare, cito credere utrique cave.

Neander, Versus veter. proverbial. leonini p. 282.
Femina dum plorat, dum rusticus ebrius orat,
Et lusor iurat, nihil haec devotio durat.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 942.
Ein list'ges Weib, das heult und klagt,
Ein trunk'ner Baur, der Ave sagt,
Ein ächter Spieler, der da schwört,
Wer wird von diesen wohl bethört?

Buchler. Gnomologia p. 160.
Nil canis ingressu, scorti neque nutibus ullis,
Nil mercatoris propter iurare, cohortis
Femineae fletus ergo moveare nec unquam.
An der Hund hincken, Huren wincken,
Frawen weinen, Vnd der Kraemer schweren,
Soll sich niemand kehren.

p. 298. Femineo nihil est fletu fallacius usquam:
Flet ridetque levis femina, quando libet.
Tunc quoque se fratres ludere posse putant.

**Greg. Richter**, Axiomata Politica n. 120.
Subditi plerumque imitantur Principum mores.
Wenn der Abt die Wuerffel legt, so ist
dem Convent erlaubt zu spielen.

**Kirchhofer**, Samml. Schweizerischer Sprüchw. p. 219.
Wenn der Abt die Würfel legt, so dürfen die Mönche spielen.

**Klosterspiegel** in Sprichwörtern III. 20. 21.
Wo der Abt die Würfel dreht, da dobbeln die Mönche.
Wo der Abt Würfel hat, da spielt der Convent gern.

## 220. Lupus iam senex lacessitur a cornicibus.

**Neidhart** 96. 2. (v. Zingerle p. 179.)
Sô der wolf inz alter kumt, sô rîtet in diu krâ.

Liedersaal 211. 51. (v. Zingerle p. 179.)
Alten wolf den riten krân.

Jac. Cats, Spiegel v. d. O. en N. tijt (D. I. p. 530. B).
Als de wolf out wort, so ryen hem de kraeijen.

Seybold, Viridarium Paroemiarum p. 276.
Leonem mortuum etiam catuli mordent.
Wer da ligt, ueber den laufft jederman.

## 221. Non omnis, qui minatur, mordet.

Loci Communes proverb. p. 89. (Pr. C. 103.) Gartner p. 19*.
Non omnis pugnat minitans, qui fortia clamat.
Nicht alle sein geschickt zum fechten,
Die hoch mit worten herauss brechen.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 1844.
Nicht Jeder ist zum Kampf bereit,
Der tapf're Worte drohend schreit.

Buchler, Thesaurus proverbial. sententiar. p. 221.
Alle draewers fechten nicht.
Non caedit semper, durum quicunque minatur.

Gruterus, Florilegium Ethico-Politicum P. III. p. 114.
Magna multi cum minantur, extricant tamen nihil.
Ex verbis Phaedri IV. 22. *Hoc scriptum est tibi,*
*Qui, magna cum minaris, extricas nihil.*

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leërzacken p. 493.
Alle dreyghers vechten niet.

## 222. Arcus, qui nimis intenditur, rumpitur.

Diogenian. Paroemiar. Cent. II. 89.
*Ἀπορραγήσεται τεινόμενον τὸ καλώδιον: ἐπὶ τῶν βίᾳ τι καὶ ἀνάγκῃ ποιούντων.* Λουκιανὸς (Dial. Meret. 3. f.) *Καὶ ὅρα μή, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἀπορρήξωμεν πάνυ τείνουσαι τὸ καλώδιον.*

Phaedrus, Fab. III. 14. 10.
Cito rumpes arcum, semper si tensum habueris:
At si laxaris, quum voles, erit utilis.
Sic ludus animo debet aliquando dari,
Ad cogitandum melior ut redeat tibi.

Lauremberg, Beschlut 15. (Schröder in H. A. 44. p. 338.)
Ein bage altid gespant.
werd nagerade schlap und brekt intwei tohand.

Niederd. Sat. 7. 7. (Schröder, Herr. Arch. 44. p. 338.)
Spant jo den bagen nicht to hoch,
de seid werd noch wol schlap.

Ian. Anysius, Sententiae Morales n. 598.
Quod aequo plus intenditur, disrumpitur.

Monosticha Proverbialia (edd. Müllenhoff et Scherer) n. 69.
Fortius intentus frangetur saepius arcus.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 1015.
Durch Spannen allzu verwogen Sprengt man den besten Bogen.
n. 2706. Redditur invalidus, nimium si tenditur, arcus.
Spannst du den Bogen zu straff,
Wird er allmälig ganz schlaff.

Campen, Gemeene Duytsche Spreckw. p. 31. [n. 536.]
Wanneer die boeghe toe hart gespannen is, soe breckt sie geern.

Goedthals, les Proverb. anc. Flamengs et Fr. p. 66.
Als men den boge te wijt spant, so berst hi geerne.
L'arc tousiours tendu, se gaste.

Sentent. Moral. (Veter. Script. Collect. ed. Martene) p. 1100.
Absque modo tractus saepissime frangitur arcus.

Glandorp. Distich. ad bon. mor. paraen. I. 130.
*Labor immodicus nocet.*
Cum nimis adducto nervus contenditur arcu,
Rumpitur, immodici cura laboris obest.

Gruterus, Florilegium Ethico-Politicum P. III. p. 37.
Laxato cornua arcui, aut inusui est.
III. p. 142. Rumpitur, ni laxes, arcus; anima, si laxas, perit.
Ex responso Dionysii Maioris ap. Plutarch. An seni gerenda Respublica c. 26. p. 792. C. Τόξον μὲν γὰρ (ὥς φασιν) ἐπιτεινόμενον, ῥήγνυται, ψυχὴ δὲ, ἀνιεμένη.

De-Brune, Nieuwe wijn in oude Leêrzacken p. 282.
Die den boghe over-spant, Krijght de stucken in de hand.
p. 474. Men moet den boogh niet over-spannen.

Kirchhofer, Samml. Schweizerischer Sprüchw. p. 158.
Wenn man den Bogen zu hoch spannt, so bricht er.

## 223. Equos voluntarios non nimium urgendos esse.

Brants Narrenschiff 59. 9.
Gar seltten jn sym wesen blibt Eyn mued rosz, das man vber tribt.

Fabri de Werdea, Proverbia metrica n. 34. v. 87.
Cautus eques validum cavet exagitare caballum:
Sic benefactori parcet amicus homo.
Eyn gut pferd sol man nicht vberreyten:
Also eyn gutten fruend sol man nuetzen zcu zceyten.

Erasmus, Collectanea Adagior. Veter. Fol. XXI[a]. [n. 256.]
*Strenuos equos non esse opere defatigandos.*
Neotericum apud nostrates proverbium, quo monemur, ut amicis spontaneis et ad obsequendum paratis, modeste verecundeque utamur.

Peder Lolles, Samling af Danske og Latinske Ordsprog n. 108.
Bos non semper onus substet, licet ad iuga pronus.
Willigh Oxe scal man eij altijdh kφræ.

Luthers Sprichwörter a. s. Schr. gesamm. v. Heuseler n. 265.
Ein willig Rosz soll man nicht zu sehr treiben.
Der Freunde und Nächsten soll man also brauchen, dasz ihnen auch etwas uebrig bleibe, dasz wir auf eine andere Zeit ihrer auch brauchen moegen.

Campen, Gemeene Duytsche Spreckw. p. 82. [n. 1421].
Men sal willighe Peerden niets te veele an verghen.

Goedthals, les Proverbes anc. Flamengs et Fr. p. 81.
Men sal een ghewillich peert niet te seer vermoeyen.
Ne donne iamais l'esperon à cheual qui volontiers trotte.

Weidner, Teutsche Sprüchw. (Gruter. P. III. p. 114.)
Willige Pferd sol man nicht uebertreiben: Freund sol man brauchen zu zeiten.

Jac. Cats, Spiegel v. d. O. en N. tijt. (D. I. p. 457. a.)
Een willigh paert en moet men niet overrijden.
p. 492. a. En waertoe dient het dat men slaet,
Wanneer het paert gewilligh gaet?

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leërzacken p. 48.
Men moet een peerd niet meer doen trecken,
Als al zijn krachten konnen strecken.
p. 80. Een willigh peerd dat moet men mijden,
En niet moed-willens over-rijden.
p. 81. Een peerd, dat wel en willigh gaet,
Waer toe is 't, datmen 't zelve slaet?
p. 340. Het peerd dat loopt, om wel te spoe'n,
En heeft gheen slagh van (l. of) spoor van doen.

Const. Huygens, Spaensche Wysheit n. 292.
Geeft de slagen daer sy hooren,
't Peert dat vlieght en hoeft geen spooren.

Kirchhofer, Samml. Schweizerischer Sprüchw. p. 293.
Ein willig Pferd musz man nicht zuviel reiten (oder: übertreiben.)

Birlinger, So sprechen die Schwaben n. 433.
Man soll willige Rosz nicht übertreiben.

224. Mors melior est quam vita homini, qui sine amicis est.

Loci Communes proverb. p. 8. (Pr. C. 115.) Gartner p. 72*.
Tunc mors optetur, cum nullus amicus habetur.
Wer ohne freunde leben muss,
Der todt dem selb wol wer als suess.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 3299.
Wer keinen Freund hat in der Noth,
Der wünscht sich vielemal den Tod.

225. Melius est esse luscum, quam omnino caecum.

Peder Lolles, Samling af Danske og Latinske Ordsprog n. 583.
Malo strabo stare, quam coecutiens titubare.
Bædræ ær at wære skælier æn blindher.
n. 909. Quam visu orbatum, magis expedit esse strabatum.

Loci Communes proverb. p. 113. (Pr. C. 116.) Gartner p. 92*.
Luscus praefertur caeco; sic undique fertur.
Ich will euch sagen, lieben kind,
Es ist viel besser scheel, dann blind.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 1457.
Besser scheel als blind, Wohl ein Jeder find't.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leêrzacken p. 380.
Tusschen scheel te zijn en blind,
Veel en groot verschil men vind.

Birlinger, So sprechen die Schwaben n. 450.
Besser schelch asz blind.

226. Inter caecos unoculus rex est.

Erasmus, Adag. III. 4. 96. *Inter caecos regnat strabus.*
Ἐν τοῖς τόποις τῶν τυφλῶν λάμων (l. γλάμων) βασιλεύει [Apostol. VII. 23.] *In regione caecorum rex est luscus.*
Inter indoctos, qui semidoctus est, doctissimus habetur.
Inter mendicos, qui paululum habet nummorum, Croesus est.

Proverbia Gallicana, Lat. versic. traducta p. 14. n. 178.
Borgne est roy entre aueugles.
In terra caeci regnat vir luscus egeni.

Gruterus, Florilegium Ethico-Politicum P. III. p. 81.
Unoculus inter caecos regnum possidet.

Essai de Proverbes Fr. avec l'interpret. Latine p. 6.
Vn borgne est roy au pays des Aueugles.
Strabus regnat inter caecos.

Ant. Husemann, Spruchsammlung (ed. Weinkauff) n. 92.
Wor men vyndet veele der blinden geste,
Dar ys de mit einem oge de beste.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leêrzacken p. 153.
In 't Koninckrijck der blinde lien
Daer zal-men scheel-oogh Koninck zien.

Ritzius, Florilegium Adagiorum p. 332.
Caecorum in patria luscus rex imperat omnis.
Unter den Blinden ist der einauegige Koenig.

Kirchhofer, Samml. Schweizerischer Sprüchw. p. 241.
Unter den Blinden ist der Einäugige König.

## 227. Eos cavendos esse, quos natura signaverit.

Fabri de Werdea, Proverbia metrica n. 64. v. 159.
Tu fuge quos aliquo membro natura notavit:
Fallere semper amant, inquit Aristoteles.
Man spricht vnd ist war
Wilt du dein eben nemen war
Huet dich, als die weysen sprechen
Vor den die haben natuerliche gebrechen
Dann sie sein vntraw vnd betryeglich
Dor vmb vor yn huette dich.

Aristotelis dictum frustra in eius operibus quaesivi, idque nec amicorum industria, quos consulueram, indicare mihi potuit. — Fieri autem potest ut ne Fabri quidem istud in ipsis huius philosophi scriptis legerit, sed apud alium quemdam scriptorem inveuerit memoratum, Aristotelem hoc dicto aliquoties esse usum. Cuiusmodi quid de Demosthene supra annotavimus p. 80. ad Adagium 281.

Cognatus (inter Erasmi Adagia ed. Grynaeo p. 774.)
*A signatis caveto.*

Ex his quoque qui nota aliqua insigniti sunt, manavit hoc proverbium: *Caveto a signatis.* Quo designant humanarum rerum periti, declinandam consuetudinem, commerciumque improborum: quod quotidiano usu atque experi-

entia compertum habeant, fallaces esse huiusmodi homines, ac technis dolisque imbutos. Omnes enim propemodum gibbosi, lusci, claudi, ficosi, mutili, distorti, varis repandisque cruribus homines, sunt impostores, versipelles, subdoli, dolosi, ac non solum obscoenis facetiis, sed etiam dicteriis salibusque dentatis abunde instructi. Martialis in Zoilum [Epigr. XII 54.]

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine laesus,
Rem magnam praestas, Zoile, si bonus es.

Loci Communes proverbiales p. 207. Gartner p. 20*. 76*.

Cautus homo cavit, quotquot natura notavit.

Nicht gut ist schertzen mit den krummen,
Dann solche sind gemeinlich tummen.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 254.

Was gezeichnet die Natur, Davor hüt' sich Jeder nur.

Io. Keisersberg, Scommata (in: Margarita Facetiar. p. 36.)

*Faceta irrisio.*

Signatus in maxillis medicus Chirurgicus Italus, maximus deceptor circumforaneus, litigans cum Cristmanno Lipff claudo, dixit proverbium esse: Caveas tibi ab his quos natura signavit. Respondit Lipff: Cavendum esse ab his quos lictor signasset.

Greg. Richter, Axiomata Oeconomica n. 17.

Quos natura notavit, hos cavendos esse aiunt: quod plerumque tales malitiosi sint.

Die alten Weysen sagen: Huete dich fuer dem Menschen, den Gott vnd die Natur gezeichnet, oder ein Kennezeichen angehenget hat. Denn darvmb es Gott vnd die Natur gethan, das man sich fuer solchen hueten vnd fuersehen sol.

Hier. Ad. Bauczenus, in Physiogn. Arist. (cit. Richtero l. c.).

Sunt sua signa probis: nam consentire videntur
Et mens et corpus; sunt quoque signa malis.
Illos diligito; sed quos natura notavit,
Hos fuge: gens foenum cornibus illa gerit.

Versus vulgatissimus:

Effuge, quem signo turpi natura notavit.

Hunc versum citat Ang. Monosinius in: Floris Italicae Linguae Libri novem (Venetiis 1604. 4o) p. 212. ubi confert Italicum
*Niun segnato da Dio, fu mai buono.*

Goedthals, les Proverbes anc. Flamengs et Fr. p. 51.

Wacht v vande gheteeckende.

De gens signés se faut garder.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leêrzacken p. 480.
Wacht u voor die gheteeckent zijn.

Const. Huygens, Spaensche Wysheit n. 452.
Weest op uw' hoe voor een geteeckent man,
En van een Vrouw die tweemael trouwen kan.

## 228. Strabonum societatem vitandam esse.

Fabri de Werdea, Proverbia metrica n. 63. v. 157.
Si quaeras socium, nunquam iungas tibi luscum:
Raro namque tenent lumina lusca fidem.
Wilt du gesellen suchen vnder den leuten
So meyd den schillenden zcu allen zceyten:
Dann er ist vntraw vnd falscheyt vol
Dor vmb vor ym huete dich wol.

Buchler, Gnomologia p. 231.
Ein scheel vnd vnartig Gesicht,
Lasz in deine Gesellschafft nicht.
Ne capiare dolo, Coclitum de stirpe sodales
Effuge: inest illis subdola quippe fides.
*Vel:* Si quaeris socium, nunquam iungas tibi luscum:
Raro namque idem servat in ore fidem.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 3029.
Du musst dir als Genoss nicht einen Blöden wählen,
Den auf sein Geschwätz kannst du nur selten zählen.

## 230. Verba honestatis non obligant.

Fabri de Werdea, Proverbia metrica n. 175. v. 413.
Nullus honestatis verbo fit debitor; immo
Taliter oblatum iure negabit homo.
Ausz ehrworten zcu keynen stunden
Jst ymands zcu halden verbunden
Dann eyner wol versagen mag
Was er eym ausz ehrn zcu hat gesagt.

n. 331. v. 729. Obligat haud sermo causa prolatus honoris:
Sic quoque promissum iure negare potes.
Ich hab offte gehort Das keyn ehrwort
Verpflichten kan Eyn ersamen man.

Weidner, Teutsche Sprüchw. (Gruter. P. III. p. 25.)
Eer-woorden binden niet.

**231.** Qui velit ludere, debet apponere nummos.

Fabri de Werdea, Proverbia metrica n. 164. v. 389.

Ludere si cupias, debes apponere nummos:
Tu patiare iocos, cui placuere ioci.
Eyner der do spilen wil
Der musz auffsetzen pfennig vil:
Wer nicht schympff auffnemen kan,
Der soll schimpffen an lassen stan.

Brants Narrenschiff 68. 8.

Wer keyglen wil, der selb vff setz.

Locherus, Stultifera Navis f° LXXVIII.

Quisquis forte globo cupiat subvertere stantes,
Erigat ille simul mox quoque pyramides.

Ambr. Ldrbch. 129. 25. (Zarncke, Comm. z. Narrens. p. 409. a.)

Weil sie wollen nun Ir keglen thun
So müssen sie auffsetzen.

Campen, Gemeene Duytsche Spreckw. p. 17. [n. 277.]

Weel kegelen wil, die moet opsetten.

Glandorp, Distich. ad bon. mor. paraenet. II. 72.

*Ludentis est deponere.*
Cogere ludendo meditanti lucra iubet lex
Rem sorti ponat subiiciatque suam.

Loci Communes proverb. p. 108. Gartner p. 64ᵃ.

Ludere si quaeres, nummos apponere debes.
Welcher mit wil kegeln wol, Derselbig auch auffsetzen sol.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 1451.

Hauptsache ist bei jedem Spiel:
Geld auf den Tisch, und zwar recht viel.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leërzacken p. 84.

Die winnen wilt, moet zetten by,
Of wert van de winste nimmer bly.

p. 427. Die spelen wilt, moet zetten by;
Of anders blijve aan d'een zy'.
— Die winst wilt doen, met goed fatsoen,
Moet daer toe oock de kosten doen.

p. 186. Die kegh'len wilt, moet zetten op.

Kirchhofer, Samml. Schweizerischer Sprüchw. p. 154.

Wer gewinnen (kegeln) will, der musz auch setzen können.

Birlinger, So sprechen die Schwaben n. 292.

Wie man kegelt setzt man auff.

232. Qui velit iocari cum aliis, oportet ut etiam secum sinat iocari.

Proverbia Rusticorum (ed. Zacher) n. 163.

Qui folie dit, folie doit oir.
Si quis convicium profert, illud patiatur:
Conviciumque ferat, aliis qui conviciatur.

Boner 14. 37. (v. Zingerle p. 147.)

Wer mit tôren spotten wil,
Der muoz ouch dulden narrenspil.

Brants Narrenschiff 68. 3.

Der ist eyn narr der widerbillt
Vnd sich mit eynem truncknen schillt
Mit kynd, vnd narren schympfen wil
Vnd nit vff naemen narren spil.

Locherus, Stultifera Navis f° LXXVII*. sq.

Qui vult cum pueris et stultis ludere, debet
Illorum lusus et tolerare iocos. —
Ludere cum fatuo qui vult, tolerare nec ipsum
Cogitat, ad fatuos connumerandus erit:
Cum puero siquidem qui vult contendere, stultus,
Si non ipsius ludicra ferre potest. —
Qui vult cum pueris et stultis saepe iocari,
Alternis vicibus ludicra verba ferat. —
Ludere cum fatuis qui vult puerisve, benigne
Illorum toleret verbera, verba, iocos.

Proverbia Gallicana, Latin. versic. traducta p. 60. n. 860.

Qui en ieu est, iouer lui conuient.
Qui subiit ludum, debet se credere ludo.

Campen, Gemeene Duytsche Spreckw. p. 21. [n. 357. 358.]

Die al wil seggen, dat hy wil,
die moet verwachten dat wederspil.
Die wil wt gheuen, die moet oock weder ontfangen.

233. Damna faciunt homines cautiores.

Fabri de Werdea, Proverbia metrica n. 79. v. 201.

Damna solent homines data reddere providiores:
Haec aliquando solet illico sanna sequi.
Eyner wirt klug mit seynem schaden
Der schaden hat musz auch das gespoett tragen.

Baptista Mantuanus, Eclogae II. 91.

Sed post iacturam quis non sapit? utile non est
Consilium post facta dari, quod oportuit ante.

Burkh. Waldis 4. 99. 522. (Sandvoss p. 89)
Mit schaden werden wir all glert.

Luthers Sprichw. a. s. Schr. ges. v. Heuseler n. 292.
Quae nocent, docent. (Erasm. Ad. I. 1. 31.)
Durch Schaden wird man klug.

Goedthals, les Proverb. anc. Flamengs et Fr. p. 57.
Men leert met schade, oft met schande.
*Item:* Dat let dat leert.
Apres dommage chascun est sage.

Neander, Veter. sapient. German. sapientia p. 22.
Mit Schaden wird man klug.

Gruterus, Florilegium Ethico-Politicum P. I. p. 14.
Casus minus laeti formant prudentiam.

Jac. Cats, Verschil tuss. de Liefde en de Doot. (D. II. p. 280. B.)
De schade die men lijt, de schande die men vreest,
Maeckt plompe sinnen sneegh, en wet een domme geest.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leêrzacken p. 327.
Wanneer de schade is ghedaen,
Elck wert dan wijs en wel bera'en.
— Naer 't verlies of naer de schaed,
Elck is wijs; maer 't is te laet.

Kirchhofer, Samml. Schweizerischer Sprüchw. p. 157.
Unglück bessert den Menschen. Was versehrt, das lehrt.
p. 181. Durch Schaden wird man klug.

## 234. Habeat damnum cum sanna.

Burkh. Waldis 1. 11. 48. (Sandvoss p. 90.)
Den spott must er zum schaden han.
2. 69. 18. Jetzt muss (ich) den spott zum schaden han.
3. 58. 28. Vnd muss den spott zum schaden hören.
3. 86. 38. Vnd offt den spott zum schaden kriegt.
3. 46. 27. Wer schaden vnd den vnfall hat,
der darff nit sorgen für den spot.

Luthers Sprichw. a. s. Schr. gesamm. v. Heuseler n. 180.
Wer den Schaden hat, darf fuer das Gespoette nicht sorgen.

Melanchthon, Explicatio sent. Theogn. p. 124*. (Sandv. p. 159.)
Wer den schaden hat darff fur den spot nicht sorgen.

Campen, Gemeene Duytsche Spreckw. p. 16. [n. 275.]
Die den scaden heft, die heft den spot daertoe.

Glandorp. Distich. ad bon. mor. paraenet. I. 305.

*Damni comes irrisio.*

Cui gravis illato nocuit Rhamnusia damno,
Liber hic a risu non erit atque ioco.

Buchler, Thesaurus proverbial. sentent. p. 80.

Wer den Schaden hat, der darff fuer den Spott nicht sorgen.
Ludibrii haud expers, mala quem fortuna fatigat.

## 235. Risum passus et damnum. (Cf. infra Append. I. n. 25.)

Publilius Syrus, Sententiae v. 439.

Obiurgari in calamitate gravius est quam calamitas.

Martina 63. 89. (v. Zingerle p. 128.)

Ist ein altes sprichwort, Als ir dicke hânt gehôrt:
Schade der het gerne spot.

Rosengarten 2051. (v. Zingerle p. 130.)

Swer ime selbe koufet spot, der muoz die schande hân.

Loci Communes proverbiales p. 199.

Est misero peius derisio, quam dolor eius.
Der hat fürwar ein schwere busz,
So den spott zum schaden haben musz.

## 236. Vetus amor non sentit rubiginem.

Euch. Eyering, Deutsche Sprichwörter I. p. 56. 708.

Alte lieb rost nicht.
Vnd wie man auch dergleichen spricht:
Die alte Lieb, die rosset nicht.

Andreä (citavit Eiselein p. 424.)

Die Lieb mag nicht eralten; Jhre Treue rostet nicht.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leërzacken p. 39.

Die met een rechte liefde mint,
Vergheet die noyt, wat dat hy vindt.

## 237. Gaudium est miseris, socios habere poenarum.

Cicero, Orat. IV. in Catil. c. 7. 14. Qui, quum sibi viderent esse pereundum, cum omnibus potius, quam soli perire voluerunt.

Idem, Tusc. Disput. III. c. 24. 58. Eorum, qui gravius ferunt, luctus aliorum exemplis leniuntur.

Velleius Paterc. L. II. c. 91. 4. Quippe ita se mores habent, ut publica quisque ruina malit occidere, quam sua proteri.

Seneca, de Ira III. c. 25. 1. Quomodo homini pusillo solatium in malis fuit, etiam magnorum virorum titubare fortunam, et aequiore animo filium in angulo flevit, qui vidit acerba funera etiam ex regia duci: sic animo aequiore fert ab aliquo laedi, ab aliquo contemni, cuicunque venit in mentem, nullam esse tantam potentiam, in quam non occurrat iniuria.

Sententiae falso inter Publilianas receptae v. 75.
Commune naufragium omnibus solatio est.

Brants Narrenschiff 78. 11.
Doch hab ich sunst vil gsellen guot
Die druckt alls das mich drucken duot.

Locherus, Stultifera Navis f°. LXXXVI*.
At beat hoc unum: socios comitesque tenemus
Plures, qui vivunt conditione pari.

Luthers Sprichw. a. s. Schr. gesamm. v. Heuseler n. 192.
Gaudium est miseris, socios habere poenarum.
Es troestet die Elenden, wenn sie nicht allein leiden.

n. 225. Im Unglueck ist Gesellschaft dem, der da leidet,
Trost und Freude.

Loci Communes proverb. p. 164. (Pr. C. 363.) Gartner p. 90.
Mitior est poena, quanto communior ipsa.
Ein beraubter sich damit troest,
Dass sein gesellen auch sein entploest.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 1526.
Die strafe, die da allgemein,
Wird leichter stets zu tragen sein.

Palingenius, Zodiacus Vitae (*Leo.*) L. V. v. 652.
Quae mala cum multis patimur, leviora videntur.

Seybold, Viridarium Paroemiarum p. 467.
Was man mit andern leidt fuer Plagen,
Das scheint viel leichter zu ertragen.

Campen, Gemeene Duytsche Spreckw. p. 10. [162.]
Ghemeen oeuel, oft gemeen ongeual, dat rust wal.

Goedthals, les Proverbes anc. Flamengs et Fr. p. 28.
Ghemeenen rauwe coelt wel.
Aux malheureux faict confort
Auoir compagnie en son sort.

W e i d n e r, Teutsche Sprüchw. (Gruter. P. III. p. 31.)
Es ist armseligen ein trost ihres gleichen sehen.

G r u t e r u s, Florilegium Ethico-Politicum P. II. p. 149.
Publica mavult ruina quisque quam priva opprimi.

P. III. p. 58. Poenae minoris societas solatio est.

D e B r u n e, Nieuwe wijn in oude Leërzacken p. 214.
Een quaed ghemeen, Dat is als gheen.

p. 363. Gheen troost zoo zoet, als datmen ziet,
Een ander in het zelf' verdriet.
— Gheen zaeck verlichter meer ons quaed,
Als dat het oock een ander slaet.

C o n s t. H u y g e n s, Spaensche Wysheit n. 868.
Lijden is vermaeck, Mits het velen raeck.

S e y b o l d, Viridarium Paroemiarum p. 199.
Gaudia sunt miseris socios habuisse malorum.
Wer im Creutz hat viel Gesellen,
Kan sich leicht zu Ruhe stellen.

238. Balbutientes plus ceteris loquacitate perstrepunt, et male cantantes plus cupiunt canere quam boni cantores.

F a b r i d e W e r d e a, Proverbia metrica n. 156. v. 371.
Multa loqui cupiunt, qui blaese vel male fantur:
Sic male cantantes voce frequente canunt.
Wer do nicht wol reden kan
Der wil mehr reden denn eyn ander man:
Also der nicht wol singen kan
Facht alle zceyt vil gesanges an.

B o n e r 82. 50. (v. Zingerle p. 139.)
Der übel singt, der singet vil, Menglichen er ertouben wil.

G r u t e r u s, Florilegium Ethico-Politicum P. I. p. 10.
Balbutientes plus loquuntur caeteris.

D e B r u n e, Nieuwe wijn in oude Leërzacken p. 66.
Een stamelaer wilt altijd spreken,
Als is het zelfs van zijn ghebreken.

C o n s t. H u y g e n s, Spaensche Wysheit n. 259.
De slechtste wil sijn singen Een yeder overdringen.

n. 1115. 't Luydt hem heel wel in sijn' ooren,
Dien wy qualick singen hooren.

239. Vestes corrodi a tineis, pectora curis; et invidos propria invidia consumit.

Fabri de Werdea, Proverbia metrica n. 81. v. 205.

Vestes a tinea roduntur, pectora cura;
Invidus a propria roditur invidia.
Die schaben verczernn die kleyder gut
Also die sorg den wemuetigen hertzen thut
Auch die neydischen menschen auff erden
Von eygnem neyd verczert werden.

Buchler, Gnomologia p. 147.

Sorg das Hertz, Mot das Kleid,
Den Neidhardt frist sein eigen Neid.
Cor curis, tineis pannus consumitur ipsis,
Solaque pernicies invidus ipse sibi.

Ibid. Invidos propria invidia consumit.

Horatius, Epistolae I. 2. 57.

Invidus alterius macrescit rebus opimis.

Floretus Sti Bernardi p. 20.

*De invidia et malis eius.*

Invidiam fugito; bona fratris amare velito:
Nam livor siccum corpus facit et cor iniquum.
Invidus est tristis aliorum cum bona cernit. —
Languet, macrescit homo invidus atque senescit,
Corpore marcescit cernens quod res mea crescit.

Loci Communes Proverbiales p. 96.

Invidus invidia comburitur intus et extra.
Ein neidig vnd verbünstig hertz,
Hat von innen vnd aussen schmertz.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 1303.

Der Neidische verzehrt sich Innerlich und äusserlich.

Weidner, Teutsche Sprüchw. (Gruter. P. III. p. 71.)

Neid ist sein selbst Leyd.
Neid neidet sich selbst.

Buchler, Gnomologia p. 147.

Invidus, ut noceat, per sua damna meat.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 1304.

Nicht achtet Geld und Gut der Neid,
Bringt er nur And'ren herbes Leid.

Seybold, Viridarium Paroemiarum p. 268.

Iustius invidia nihil est, quae protinus ipsum
Auctorem repetit, discruciatque animum.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leêrzacken p. 496.
Die nydigh' quelt hem zelven meest.

240. Amicae salutationes principum et regum multo sanguine emuntur.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leêrzacken p. 169.
Des vorstens vriendelijke groet
Kost menig man zijn goed en bloed.
-- Goed en bloed wert vaek verloren,
Als men princen wil bekoren.

241. Equus aliquando quatuor pedum in plano cadit.

Peder Lolles, Samling af Danske og Latinske Ordsprog n. 187.
Cum titubat quadrupes, labitur ergo bipes.
Ther faller een Hæst paa fijre Been, hwi eij Man paa tw.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 434.
Wenn stolpert ein Vierbein mitunder,
Ist Fallen von Zweibein kein Wunder.

Proverbia Gallicana, Latin. versic. traducta p. 36. n. 511.
Il nest si ferre qui ne glisse.
Saepe cadit plano ferrata in tramite planta.

Campen, Gemeene Duytsche Spreckw. p. 89. [n. 1557.]
Het struyckelt, ofte valt, wel een Peert, heft vier voeten;
Ick swijghe dan een mensche, die mer twee voeten heft.

Goedthals, les Proverb. anc. Flamengs et Fr. p. 84.
Een peert met vier voeten valt.
Iument ferree glisse bien.

p. 104. Een peert heeft vier voeten, ende geraeckt wel te vallene.
Vn cheual a quatre pieds, et si chet bien.

Neander, Versus veter. proverbial. leonini p. 307.
Quadrupes in plano quandoque cadit pede sano.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 2321.
Oft fällt auf eb'ner Erd' ein Thier,
Dem sind gesunder Füsse vier.

Weidner, Teutsche Sprüchw. (Gruter. P. III. p. 84.)
Stolpert doch ein Pferd mit vier Fuessen.

Garnerius, Thesaur. Adag. Gallico-Latinor. p. 727.
Vn cheval a quatre pieds, et si tombe bien.
Equus quamvis quatuor habeat pedes, interdum tamen cadere solet.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leêrzacken p. 64.
Een peerd, dat oock vier voeten heeft,
Vertreet zich wel, daer van het sneeft.

p. 354. Een peerd, dat zelfs vier voeten heeft,
Valt zomtijds wel, en ons begheeft.

p. 356. Gheen peerd besleghen oyt zoo wel,
Dat niet en struyckelt door verstel.

p. 395. 't Vier-voetigh peerd dat sneuvelt wel,
En raect oock zelfs in groot verstel.

— Een kloeck en wel besleghen paerd,
Dat struyckelt wel op effen aerd.

**242.** Damnosam esse virginis pauperis et indotatae formam et pulchritudinem.

Weidner, Teutsche Sprüchw. (Gruter. P. III. p. 78.)
Schoen der Keuscheit schaden thut,
Von schoen wird man nicht wol behuet.

Buchler, Gnomologia p. 272.
Es ist armer Jungfrawen Schadt,
Dasz sie schoen seynd vnd gladt.

Plus, quam prosit, obest inopi bona forma puellae.

Ibid. Quod a multis petitur, difficulter custoditur.

Publilius Syrus, Sententiae v. 326.
Maximo periclo custoditur, quod multis placet.

408. Non facile solus serves, quod multis placet.

Ad q. l. novissimus editor Woelfflin citat verba Hieronymi adv. Iovinian. L. I. sub fin. *Difficile custoditur, quod plures amant.*

Mich. Verinus, Disticha de Moribus n. 26.
*Difficile est custodire formosas.*
Aegre formosam poteris servare puellam;
Nunc prece, nunc auro forma petita ruit.

Hoc distichon falso relatum est inter Epigrammata Ioannis Oweni, in Dist. Ethic. et Polit. A. n. 20.

Goedthals, les Proverbes anc. Flamengs et Fr. p. 52.
Tis quaet bewaren daer vele op wt zijn.
Tour de toutes pars assise, mal eschappe d'estre prise.

Euch. Eyering, Deutsche Sprichwörter I. p. 618.
Des dings man nicht wol hueten kan,
So gfallen thut eim jederman.

Weidner, Teutsche Sprüchw. (Gruter. P. III. p. 69.)
Mit grosser gefahr man das behelt,
Das vielen Menschen wol gefellt.

Buchler, Thesaurus proverbial. sentent. p. 78.

Das ist boesz zu hueten, das jederman gefelt.
Custoditur periculo, quod placet multis.

Ex versu Publilii Syri, quem citavimus.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leêrzacken p. 469.

Dat elck behaeght, is quaed om hoeden.

Ibid. Lis est cum forma magna pudicitiae.

Propertius, Elegiae II. 13. 26.

Formosis levitas semper amica fuit.

Ovidius, Amor. III. 4. 41.

Quo tibi formosam, si non nisi casta placebat?
Non possunt ullis ista coire modis.

Monosticha Proverbialia (edd. Müllenhoff et Scherer) n. 199.

Rara pudicitiae manet et concordia formae.

Versus factus est ex verbis Iuvenalis X. 297.
*Rara est adeo concordia formae*
*Atque pudicitiae.*

Gartnerus, Proverbialia Dicteria p. 95.

Esse solet raro pulcra pudica caro.
Schoene Leut sein selten keusch.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 734.

Schön und züchtig sein Trifft nur selten ein.

n. 735. Formae gloria dat, ut pudor ipse cadat.
Bei Schönheit Züchtigkeit Ist eine Seltenheit.

Goedthals, les Proverb. anc. Flamengs et Fr. p. 32.

Hoe schoonder aensicht, so vuylder eers.
Beauté n'a paix a chasteté.

Nicod. Frischlinus, Comoedia Susanna Act. I. Sc. 2.

Nam litem cum forma pudicitiae esse quidam aiunt.

Ex versu Ovidii Heroid. XVI. 288. quem Bebelius supra citavit p. 68.

Jac. Cats, Self-Strijt (D. I. p. 175. B.)

De schoonheyt is van outs gewoon met tucht te strijden.

243. Laborandum est, et rebus necessariis studendum, ut vivendum sit perpetuo: vivendum autem, tamquam cras moriaris.

Lucianus, Epigram. in Anthol. Gr. X. 26.

*Ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε,*
*ὡς δὲ βιωσόμενος Φείδεο σῶν κτεάνων.*
*Ἔστι δ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας*
*Φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.*

Ausonius, Epigrammata n. 145.
Re fruere, ut natus mortalis: dilige sed rem,
Tamquam immortalis; sors et in utroque verenda.

Luthers Sprichwörter, a. s. Schr. ges. v. Heuseler n. 269.
Man soll bauen, als wollt man ewig leben, und also leben,
als sollt man morgen sterben.

Glandorp. Distich. ad bon. mor. paraenet. I. 65.
*Quomodo vivendum sit.*
Perpetuo tamquam victurus, amato labores:
Vive uti si veniant hoc tibi fata die.

Lindeberg, Distich. Moral. p. 1220. n. 115.
*Divitiis utendum parce.*
Divitiis fruere ac si instet iam funeris hora:
Parce, ac si mortis sera sit hora tuae.

Gartner, Proverbialia Dicteria p. 118'.
Vivamus puri, quasi simus cras morituri,
Discamus, veluti simus de tempore tuti.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 3506.
Lebe keusch und rein, Als trät' der Tod herein;
Immer aber lern', Als wäre er noch fern.

Buchler, Gnomologia p. 198.
Ut iam (l. iam iam) moriturus partis utere rebus,
Atque ut victurus parcere disce tuis.
Ille sapit, qui perpensis his rite duobus,
Parcus erit certo munificusque modo.

In margine adscriptum est: *Ex Graeco.* Significatur sine dubio Luciani Epigramma, quod supra citavimus.

p. 352. Tamquam perpetuo victurus adito laborem,
Et vitam, veluti cras moriturus, age.
Du solt mit Arbeit nach Gut streben,
Gleich als wolstu hie ewig leben,
Vnd doch stehn in steter Sorgen
Als solstu sterben heut oder morgen.

Seybold, Viridarium Paroemiarum p. 594.
Arbeiten soll der Mensch, als wollt er immer leben,
Und leben, als sey er dem Tod schon gantz ergeben.

Gatti, Sales poetici proverbial. et iocosi p. 45.
Divitiis utare tuis tamquam moriturus,
Tamquam victurus parcito divitiis.

Ibid. Quod illo tetrasticho tradit Leonhardus Clemens: *Vixerit ut semper prudens* cet.

De editis huius poetae carminibus nusquam potui investigare quidquam. Suspicor adeo Leonhardum hosce a se factos versus Bebelio sive recitasse ex memoria, sive manu sua scriptos tradidisse. Utrumque certe virum arcta dudum coniunxerat necessitudo, in cuius rei testimonium supra citavimus Bebelii Facetias. Extat autem praeterea Epistola Bebelii ad Leonhardum Clementem Ulmensem, ecclesiae Zuifuldensis paroetianum, scripta Tubingae Idib. Iuliis a. 1505. cuius initium est: *Si tam pro hospitio tuo, quo et crebro et confidenter utor, quam cognato poetices studio amicitiaque inveterata, omnia tibi debeo, non volui te praeterire in Commentariis meis* cet.

## 244. Amici idonei sunt iuxta viam.

Heinr. van Aken, die Rose (ed. Verwijs) 4798.
Want men seit in bispele
Dat inden wege beter si
Vrient dan gelt, geloves mi.

Proverbia Gallicana, Latin. versic. traducta p. 44. n. 636.
Mieulx vault amy en voie, que argent en courroye.
Utilior prorsus per iter tibi fidus amicus,
Quam sint in loculis plurima lucra tuis.

Tam Gallicanos quam Latinos versus Buchlerus in suam transtulit Gnomologiam p. 23.

Neander, Versus vet. proverb. leonini p. 299.
Plus valet in vico bene fidus amicus amico,
Quam nummis plena de quolibet aere crumena.

Nicod. Frischlinus, Com. Hildegardis Magna Act. IV. Sc. 6.
Nam nosti illud proverbium:
Viae comitem facundum esse loco vehiculi.

Corn. Schonaeus, Comoedia Iosephus Act. V. Sc. 8.
Vetus est dictum: Dulcis comes pro vehiculo est.

Goedthals, les Proverb. anc. Flamengs et Fr. p. 127.
Beter vriendt ouer wech, dan ghelt inden coffer.
Beaucoup mieux vaut amy en voye
Que ne faict denier en courroye.

Buchler, Thesaurus proverbial. sentent. p. 25.
Freund seyn gut bey dem Wege.
Nihil homini amico est opportuno amicius.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leêrzacken p. 35.
Een vrient is beter als men reyst,
Als geld, hoe zeer oock dat men 't eyscht.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 1496.
Melior amicus in platea, quam aurum in cista.
Besser Freunde auf der Gasse,
Als Gold und Silber in der Kasse.

1497. Praestat amicus in via, quam nummus multus in zona.
Unterwegs ein Freund mehr Werth erhält,
Als ein strammer Leibgurt voller Geld.

## 245. Ex pellibus alienis latae corrigiae proscinduntur.

Erasmus, Adag. II. 2. 88. *De alieno ludis corio.*
Proverbio dicuntur, qui securius agunt, sed alieno periculo. Circumfertur apud nostratium vulgus non absimile huic proverbium, Ex alieno tergore lata secari lora. Quo quidem significant unumquemque minus esse parcum in alieno quam in suo.

Proverbia Rusticorum (ed. Zacher) n. 108.
De autre cuir large coroie.
De cute corrigias aliena do tibi largas,
Quas et habere scias de non (l. te de) propria breviatas.

Burkh. Waldis 4. 35. 26. (Sandvoss p. 84.)
Auss frembder' heut (man) breit riemen schneid.

Peder Lolles, Samling af Danske og Latinske Ordsprog n. 236.
De cute non propria scinditur absque bria.
Man skær offthe breedh Reep aff Anners Hwdh.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 499.
Riemen schneidet Jeder Leicht aus fremden Leder.

Proverbia Gallicana, Latin. versic. traducta p. 20. n. 252.
Daultrui cuir large couroye.
De cute non propria fit bona corrigia.
* Larga fit alterius de cute corrigia.

Loci Communes proverb. p. 177. (Pr. C. 776.) Gartner p. 10.
Scindo corrigias ex pelle tua mihi latas.
Ausz einer frembden haut vnd fell
Kan man gut riemen schneiden schnell.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 501.
Ein guter Riemen leicht sich schneidet,
Wenn eig'ne Haut dabei nicht leidet.

Campen, Gemeene Duytsche Spreckw. p. 111. [n. 1977.]
Wt ander luyde leer is guet rijmen snijden.

Goedthals, les Proverbes anc. Flamengs et Fr. p. 30.
Men snijt breede riemen wt ander lieden rugge.
Du cuir d'autruy faict on larges couroyes.

Jac. Cats, Spiegel v. d. O. en N. tijt. (D. I. p. 492. B.)
't Is goet breede riemen snijden uyt een ander mans leer.
— T'samenspraeck tusschen Siel en Ligchaem (D. II. p. 500. A.)
Van yemant anders leer daer snijt men breede lappen,
En van een anders wijn daer laet men vaerdigh tappen.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leêrzacken p. 375.
Van anders leer bree riemen snijt:
Van anders brood, goe' beten bijt.
— Een breede riem van anders leer,
Een vet ghesmeer van anders smeer.

Kirchhofer, Samml. Schweizerischer Sprüchw. p. 228.
Aus anderer Leute Leder ist gut Riemen schneiden.

## 246. Catti invalidi longius vivunt.

Loci Communes prov. p. 206. (Pr. C. 777.) Gartner p. 113. 118*.
Longius invalidi vivunt saepissime catti.
Es stirbt nicht jeder der ist kranck,
Versengte katzen leben langk.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 1436.
Eine kranke Frau Wird oft altersgrau;
Eine, die gesunder, Früher stirbt mitunter.

Buchler, Gnomologia p. 201.
Stant infirma diu, subito robusta labascunt:
Longius invalidi vivunt saepissime catti.
Huc translati sunt versus isti Germanici, qui leguntur in Locis Comm. l. c

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leêrzacken p. 475.
On-nutte katten leven langh.

Seybold, Viridarium Paroemiarum p. 282.
Longius invalidae sueverunt vivere feles.
Das was uns lieb und werth, bleibt in die Länge nicht:
Das schlimme schwebet stets vor unserm Angesicht.

**247.** Dum Adam agrum coleret et Eva neret, quis tunc nobilis?

Campen, Gemeene Duytsche Spreckw. p. 35. [n. 596.]
Doe Adam spittede ende Eva span,
Wie was doe een Edelman?

Goedthals, les Proverbes anc. Flamengs et Fr. p. 45.
Als Adam spitte ende Eua span,
waer was aldoen den edelman?
Quand Adam fouissoit et Eua filoit,
dictes ou noble homme estoit?

Glandorp. Distich. ad bon. mor. paraenet. I. 226.
*Nobilitas non semper fuit.*
Cum sarriret Adam, sua pensaque duceret Eva,
Fastus ubi tumidae nobilitatis erat?

Pistorius, Thesaur. Paroemiar. German. Iuridic. Cent. III. n. 59. pentametrum dedit sic mutatum:
*Pulcher ubi titulus Nobilitatis erat?*

Loci Communes prov. p. 143. (Pr. C. 778.) Gartner p. 78*.
Adamo fodiente, quis nobilior Eua nente?
Da Adam hacket, vnd Eua span, Welcher was da ein Edelman?

Wegeler, Philosophia Patrum n. 24.
Adamo fodiente, Eva quid nobile nente?
Als Adam grub und Eva spann, Wer war da der Edelmann?

Neander, Veter. sapient. German. sapientia p. 8.
Da Adam rottet, vnd Eua spann, Wer war do ein Edelmann.

Buchler, Gnomologia p. 225.
Dum fodiebat Adam, filum ducebat et Eva,
Ecquis mortales nobilis inter erat?
Da Adam grub, vnd Eua spann, Wer wa da der Edelmann?

*Vel:* Si pater est Adam, cunctorum mater et Eva,
Cur non sunt homines nobilitate pares?

Jac. Cats, Trougeval van Ulderick en Phryne (D. II. p. 199. B.)
... Toen Adam dolf; en Eva sat en span,
Waer vont men toen ter tijt den trotschen Edelman?

Kirchhofer, Samml. Schweizerischer Sprüchw. p. 210.
Als Adam hackt' und Eva spann,
Wo war den da der Edelmann?

## 248. Verba non implent marsupium.

Pomponius in l. 4. § 1. D. de Peculio (XV. 1.)
Re enim, non verbis, peculium augendum est.

Lauremberg, Scherzgedichte (ed. Lappenb.) 4. 84.
Dat sprikwort dat min oldervader sprak:
Grote wörde füllen nicht den sack.

Burkh. Waldis, Verl. Sohn (ed. Höfer) 398.
Vele wort fullen nicht den sack.

Campen, Gemeene Duytsche Spreckw. p. 6. [n. 19.]
Schoone woorden en vullen ghienen sack.

Goedthals, les Proverbes anc. Flamengs et Fr. p. 135.
Veel woorden en vullen den sack niet.
Pour beau parler nulluy plus veut attendre.

Neander, Veter. sapient. German. sapientia p. 13.
Es gehen viel Rede vnd anschlege in einen Sack.
p. 25. Schöne wort füllen den Sack nicht.

Buchler, Thesaurus Proverbial. sententiar. p. 375.
Viel Wort fuellen den Sack nicht.
Peculium re, non verbis augetur.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leêrzacken p. 483.
Woorden vollen gheenen zack.
— Daer gaen veel woorden in een zack.

## 249. In adversis et paupertate cognoscitur amicus.

Ennius (ap. Ciceron. de Amic. c. 17. 64.)
Amicus certus in re incerta cernitur.

Plautus, Epidicus I. 2. 10.
Is est amicus, qui in re dubia re iuvat, ubi re est opus.

Ovidius, Trist. I. 5. 25.
Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.

Publilius Syrus, Sententiae v. 42.
Amicum an nomen habeas, aperit calamitas.

Beda Venerabilis, Proverbiorum Liber p. 285.
Amicum res secundae parant, adversae probant.
Amicus in necessitate probatur.

Cato 365. (v. Zingerle p. 39.)
Wan vliusestu dîne habe, Sô gênt dir sân die vriunde abe.

Boner 62. 71. (v. Zingerle p. 39.)
Wenne ez gât an rechte nôt, Sô sint die vriunde alle tôt.

Fastnachtspiele 527. 9. (v. Zingerle p. 39.)
Reht freunt erkennt man in der nôt,
ir gên wol hundert auf ein lôt.

Freidank 96. 1. (v. Zingerle p. 40.)
Die wîl die biutele klingent, Die friunt dar gerne dringent:
Verliesent sie ir klingen, Sô wirt dar kleine dringen.

Willem van Hildegaersberch XII. 184.
Inder noot soe machmen kiesen Alre best een trouwen vrient.

Roman van Heinr. en Margr. van Limborch VIII. 165.
Ter noet mach men den vrient bekinnen.

Reinardus Vulpes (ed. Mone) I. 800. (Ysengrimi Prov. 67.)
Pondus amicitiae tristia sola probant.

Petr. Abaelardus ad Astralabium f. de moribus v. 157.
Non poterit proprios cognoscere dives amicos,
An sint fortunae scilicet aut hominis;
Pauper in hoc felix, errore est liber ab isto:
Cum perit haec, pereunt quos dabat illa tibi (l. sibi).

Proverbia Gallicana, Latin. versic. traducta p. 11. n. 121.
Au besoing voit on lami.
Approbat eximios (l. eximie) fortuna miserrima caros.
*Vel:* Noscitur adverso tempore verus amor.

Proverbia Rusticorum (ed. Zacher) n. 118.
A besoin uoit len qui amis est.
Cum sim mendicus, cognosco, quis sit amicus:
Me quis amet video deficiente meo.
*Vel:* Sorte patet misera, quae sit dilectio vera.

Mich. Verinus, Disticha de Moribus n. 171.
*Verus amicus adversis cognoscitur rebus.*
Temporibus duris veri noscuntur amici;
Ah! fidos paucos experiere tibi.
*In eandem sententiam.*
Invenies multos, si res tibi floret, amicos;
Si fueris pauper, quis tibi amicus erit?
Postremum distichon falso relatum est inter Epigrammata Ioann. Oweni, in Dist. Ethic. et Politic. B. 12.

Melanchthon, Explicatio sent. Theogn. p. 82. (Sandv. p. 157.)
In der Not spueret man einen Freund.

Loci Communes proverbiales p. 7.

Tempore felici non cognoscuntur amici:
Sorte patet misera, quae sit dilectio vera.

Der den das glück freundtlich ansicht,
Kan dfreund recht vnderscheiden nicht:
So bald vnd es sich aber wendt,
Werden die wahren freund erkent.

Loci Communes proverb. p. 5. 157. (Pr. C. 429.) Gartner p. 86*.

In paupertate, quis amicus, noscitur a te.

Wer freunde sey recht ohne spot,
Erkennen wirstu in der not.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 1251.

In Armuth elend Den Freund man erkennt.

Gartner, Proverbialia Dicteria p. 12.

Sorte patet misera, quae sit dilectio vera.

Die waren Freund erkennet der bald,
Welchen das vnglück vberfalt.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 3135.

Im Elend zeigt sich auf's Neue Die wahre Liebe und Treue.

Faustus Andrelinus, Hecatodist. n. 32.

*Amici fortunae.*

Agmina, quae nitido credis fidissima coelo,
Nube sub obscura terga fugata dabunt.

Goedthals, les Proverbes anc. Flamengs et Fr. p. 73.

In nood kentmen vrienden.

Au besoing voit on l'amy.

Lindeberg, Disticha Moralia p. 1220. n. 118.

*Adversis cognoscitur amicus.*

Ut probat argentum fornax calidissima purum,
Sic, quae vera fides, sorte iocante patet.

Buchler, Gnomologia p. 21.

Gehet es nach glueck mit reichen schal,
So finden sich freunde ohne zal,
So bald sich aber das glueck wendt,
Ist alle freundschafft ausz behendt.

Tempore felici multi numerantur amici;
Dum fortuna perit, nullus amicus erit.

*Vel:* Dum tibi sors comes est, comites et habebis amicos:
Si te deserat haec, destitueris et his.

p. 24. Candidus afflictis rebus spectatur amicus;
Arbitrio sortis statque caditque fides.

Huc translati sunt versus isti Germanici, qui leguntur apud Gartnerum p. 12.

Gruterus, Florilegium Ethico-Politicum P. II. p. 1.
A queis ameris, pauperies sola indicat.
Ex verbis Senecae Epist. 20. § 7. *Non est autem vel ob hoc unum amanda paupertas, quod, a quibus ameris, ostendet?*

Jac. Cats, Sinne- en Minne-beelden (D. I. p. 80. B.)
Men kent de vrienden best, wanneer de schade valt.

— Spiegel v. d. O. en N. tijt. (D. I. p. 507. B.)
Men kent geen vrient dan in der noot.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leërzacken p. 36.
Een vriend en is noyt wel bekent,
Dan als 't geluck zich van ons wendt.
p. 38. Den rijcken kent-men naer zijn dood,
En vrienden kent-men in de nood.
p. 222. Wanneer men is in noot of pijn,
Dan kentmen, wie de vrienden zijn.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 3520.
Vos inopes nostis, quis amicus, quisve sit hostis.
Ihr Arme sicher wisst, Wer Freund, wer Feind euch ist.

## 250. Pueri sunt pueri.

Peder Lolles, Samling af Danske og Latinske Ordsprog n. 598.
Mos vetus emergit, puer ad puerilia vergit.
Thet ær Sedh, at Barn gφr Barnegærningh.

Campen, Gemeene Duytsche Spreckw. p. 77. [n. 1345.]
Kijnderen gaen kijnder gangen.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leërzacken p. 477.
De kinders die gaen kinders gangen.

Seybold, Viridarium Paroemiarum p. 589.
Sunt pueri puri, parvi, parvisque cibantur,
Currunt, laetantur, cito dant, cito pacificantur.
Die Kinder, wann sie noch sind klein,
So sind sie fröhlich, treu, und rein.
Im Zürnen wieder bald zu stillen,
Mit Gringem leichtlich zu erfüllen.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 3199.
Sunt pueri pueri, pueri puerilia tractant.
Kinder sind stets Kinder und treiben Kinderei;
Spielerei und Kinderei, das ist ganz einerlei.

## 251. Manus puerorum facile implentur.

Loci Communes proverb. p. 175. (Pr. C. 440.) Gartner p. 95*.
Parva manus pueri modico solet asse repleri.
Wie Kindes hand bald ist gefüllet,
Ein gnuegig man bald ist gestillet.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 2065.
Die Hand von einem Kind Gefüllt ist die geschwind.

De Brune, Nieuwe wijn in oude Leërzacken p. 462. 491.
De Kinders hand is haest ghevult.

## 252. Illi vilis fistula satisfacit, qui amat choream ducere.

Burkh. Waldis 4. 37. 21. (Sandvoss p. 100.)
Wer gerne tantzt, mag man leicht pfeiffen.

Luthers Sprichw. aus. s. Schr. gesamm. v. Heuseler n. 47. 154.
Wer gern tanzt, dem mag man leichtlich pfeifen.

Campen, Gemeene Duytsche Spreckw. p. 48. [n. 791.]
Weel lust toe dantzen heft, dien is haest ghenoech gepepen.

Goedthals, les Proverb. anc. Flamengs et Fr. p. 13.
Haer is licht ghenoech ghepepen die gheerne danst.
Ce qu'on faict de bonne coeur, ne greue pas à l'heure.

Glandorp. Distich. ad bon. mor. paraenet. I. 160.
*Cupidus facile impellitur.*
Saltandi studio flagrantem fistula quaevis
Excitet, et molli tabula pulsa manu.

Neander, Veter. sapient. German. sapientia p. 28.
Wer gerne tanzt, dem ist gut zu pfeiffen.

Buchler, Thesaurus Proverbial. sentent. p. 400.
Wer Lust zu dantzen, dem mag man leicht genug pfeiffen.
Sat facit indoctus fidicen saltare volenti.

Jac. Cats, de Man-dragende Maeght. (D. II. p. 187. B.]
Ach! een die dansen wil, is haest genoegh gepepen.

— Verschil tusschen de Liefde en de Doot. (D. II. p. 283. B.)
Voor een die dansen wil, is haest genoegh gespeelt.

Kirchhofer, Samml. Schweizerischer Sprüchw. p. 229.
Wer gern tanzt, dem ist gut pfeiffen.

Birlinger, So sprechen die Schwaben n. 414.
Dem, der gern tanzt, ist leichtlich zu pfeifen.

## 253. Scurrae et meretrices vel non invitati veniunt.

Loci Communes prov. p. 117. 143. (Pr. C. 426.) Gartner p. 68.
Scurrae vel scorta veniunt bene non vocitata.
Hurn vnd bufen Kommen auch vngeruffen.

Buchler, Gnomologia p. 194.
Adsunt a nullo mimus meretrixque vocati.
*Vel*: Musca, canes, mimi sunt ad convivia primi:
Non invitati veniunt prandere parati.

Seybold, Viridarium Paroemiarum p. 323.
Smarotzer, Mucken und die Hund,
Sich finden, wo man isst, zur Stund.

Wegeler, Philosophia Patrum n. 1583.
Hunde, Schauspieler und Mücken
Stets zum Tisch zuerst anrücken;
Ungeladen kommen sie,
Fressen wie das liebe Vieh!

## 254. Nullam puram aquam effundere.

Hadr. Iunius (inter Erasmi Adagia ed. Grynaeo p. 223.)
*Aquam plorat, quum lavat, profundere.*
Plautinum illud ex comoedia Aulularia II. 4. 29.
*Aquam hercle plorat, quum lavat, profundere.*
convenit in hominem praeparcum et illiberalem nimis atque sordidum, qui usque adeo sit non attentus ad rem modo, sed miser, illuviem et sordes aquae, qua fuerit ablutus, vereatur effundere, veluti usui aliquando futuras.

## 255. Ludus bonus non sit nimius.

Reinardus Vulpes (ed. Mone) L. IV. 770. (Ysengr. Prov. 381.)
Ludus omitatur, dum liquet esse bonum.

Proverbia Rusticorum (ed. Zacher) n. 29.
Biau chant ennuie.
Quamvis cantio vel modulatio dulcis ametur,
Aufert gaudia, confert taedia, ni brevietur.
*Vel:* Pro cantu blando fastidia sunt aliquando.

Albertus Stadensis, Troilus (ed. Merzdorf) L. IV. v. 163.
Non lusisse pudet, sed non incidere ludum;
Cum fuerit ludus optimus, abde pilam.
Primus huius distichi versus est Horatii Epist. I. 14. 36.

